



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Dispvtaones Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Dispvttatio XLIV. De peccato, & poena Dæmonum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)



## DISPUTATIO

## QUADRAGESIMA QUARTA,

## De peccato &amp; pœna Dæmonum.

Sectio I. *Quale fuerit primum peccatum Angelorum?*Sectio II. *Quinam Angelorum, & ubi, & quando peccauerunt?*Sectio III. *Virum Angeli peccantes fuerint expectant ad penitentiam?*Sectio IV. *De pœna Dæmonum.*Sectio V. *Virum sit tanta Dæmonum afflictio, ut nullum gaudium concipere possint?*Sectio VI. *De obstinatione Dæmonum.*Sectio VII. *Refelluntur aliæ sententiæ de illorum obstinatione.*Sectio VIII. *De loco pœnali Dæmonum, & que aliis ad eorum statum pertinentibus.*

**D**E argumento huius disputationis agit S. Doctor quæst. 63. & 64. In quarum priore docet 1. Angelum naturaliter spectatum peccare posse quia solus Deus, cuius voluntas est regula sui actus, est naturaliter impeccabilis: reliquæ verò naturæ intellectuales possunt à regula diuinæ voluntatis deficere secundum conditionem suæ naturæ. 2. Peccatum quodlibet posse esse in Dæmonibus quoad reatum: quia dum hominēs ad omnia peccata inducunt, omnino reatum incurrunt. Quoad affectum verò, primum peccatum Angeli non posse aliud esse, quàm superbiam: quia secundum affectum illa solum peccata esse possunt in angelis, ad quæ contingit affici spirituales naturam. Spirituales autem natura non afficitur ad bona quæ sunt propria corpori, sed ad ea quæ in rebus spiritualibus inueniri possunt. Nichil enim afficitur nisi ad id quod suæ naturæ potest esse modummodo conueniens. In spiritualibus autem bonis non potest esse peccatum, dum aliquis ad ea afficitur, nisi per hoc quod in tali affectu superioris regula non seruatur. Et hoc est peccatum superbiæ, non sub eâ superiori in eo quod debet. Vnde peccatum primum Angeli non potest esse aliud, quàm superbia. Sed consequenter perit in illo esse quoque inuidia. Quia eiusdem rationis est, quod affectus tendat in aliquid appetendum, & quod renitatur opposito. Inuidus autem ideo de bono alterius dolere, quia bonum alterius æstimat sui boni impedimentum. Et ita malus Angelus de bono hominis doluit, deque excellentia diuinâ tamquam oppositis singulari excellentiâ, quam affectauit. 3. Angelum peccasse appetendo esse vti Deum: non per æqualitatem, quia sciebat hoc esse impossibile, & q; appetebat finire esse substantialiter, id quod erat, vt fieret alterius naturæ: sed per similitudinem, quatenus appetiuit finalem beatitudinem per suam virtutē habere, quod est proprium Dei. Vel enim appetiuit vt finem vltimum id ad quod virtute



suæ naturæ poterat peruenire, auertens suum appetitum à beatitudi-  
 ne supernaturali, quæ est ex gratia Dei. Vel si appetiit ut vltimum  
 finem illam Dei similitudinem quæ datur ex gratia, voluit hoc ha-  
 bere per virtutem suæ naturæ; non ex diuino auxilio secundum Dei  
 dispositionem. 4. Dæmones non esse naturaliter malos: quia cum  
 sint substantiæ intellectuales, nullo modo possunt habere naturalem  
 inclinationem in aliquod quodcumque malum. 5. Impossibile fuisse  
 Angelos peccare in primo instanti suæ creationis per inordinatam  
 actum liberi arbitrii. Quia, licet aliqua res in primo instanti  
 quo incipit esse, simul incipere possit operari: tamen illa operatio  
 quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente, à quo habet esse.  
 Quare, peccatum illud esset à Deo: quod est impossibile. 6.  
 Probabilius esse Diabolum peccasse statim post primum instans crea-  
 tionis. Quia probabilius est fuisse in gratia creatum primo illo in-  
 stanti, & meruisse. Quare statim post primum instans accepisset bea-  
 titudinem, nisi statim impedimentum prestitisset per peccatum An-  
 geli enim per vnum actum meritorium ad beatitudinem peruene-  
 runt. 7. Probabilius esse Angelum qui peccauit, & rebellium prin-  
 ceptus fuit, supremum Angelorum fuisse. Quia peccatum Dæmonum  
 non processit ex aliqua pronitate, sed ex solo libero arbitrio: &  
 peccatum illud fuit superbia: cuius motiuum est excellentia, quæ  
 fuit maior in supremo Angelo. 8. Primi Angeli peccatum fuisse alii  
 causam peccandi, non cogendo, sed quasi exhortatione inducen-  
 do. Quæ de causa alii Dæmones supremo illi subduntur, ut re-  
 statur Scriptura, Matth. 25. *Ita in ignem æternum, qui paratus est Dia-  
 bolo, & Angelis eius.* Habet enim id ordo diuine iustitiæ, ut cuius  
 suggestioni aliquis consentit in culpa, eius potestati subdatur in  
 poena, iuxta illud 2. Petri 2. *Arguo enim quis Superatus est, huius &  
 seruus est.* 9. Plures esse Angelos, qui permanserunt in gratia, quam  
 qui peccauerunt. Propterea quod peccatum est contra naturalem  
 inclinationem. Ea verò quæ contra naturam fiunt, in paucioribus  
 accidunt. Natura enim consequitur suum effectum, vel semper, vel  
 ut in pluribus.

In posteriori quæstione docet 1. Angelos malos non amisisse cog-  
 nitionem purè naturalem: quia naturalia in illis manserunt in gra-  
 tia. Cognitio verò per gratiam in speculatione consistens, non est eis  
 totaliter ablata, sed diminuta. Quia de huiusmodi secretis diuinis  
 tantum reuelatur eis, quantum oportet, vel mediantibus Angelis,  
 vel per aliqua temporalia diuine virtutis effecta: ut ait August.  
 lib. 9. de Ciuit. cap. 21. Non autem sicut ipsis sanctis Angelis,  
 quibus plura, & clarius reuelantur in ipso Verbo. Et verò cog-  
 nitione per gratiam practica & affectiua, producente amorem Dei,  
 sunt totaliter priuati, sicut & charitas. 2. Voluntatem Dæmo-  
 num obstinatam esse in malo, sicut voluntas bonorum Angelorum  
 confirmata est in bono. Quia hoc est Angelis casus, quod homi-  
 nibus mors. Hominum autem peccata, sunt post mortem inmemorabilia.



& perpetuo manent. 3. Esse in Daemonibus dolorem, non sensitivum, id est, passionem sensus, sed voluntarium, id est, simplicem actum voluntatis: multa enim vellent esse, quae non sunt; aut non esse, quae sunt: & aegre atque inuito ferunt non ita esse. 4. Locum poenalem Daemonum esse infernum, in quem omnes post diem iudicii detruentur. Eo usque vero permitti plurimos vagari in aere suo caliginoso, ad honorem exercitium. Cuius enim bonum hominis procuratur per diuinam providentiam, partim directe, inducendo ad bonum, & retrahendo a malo: partim indirecte, dum scilicet aliquis exercetur per impugnationem contrarii. Primum fit per Angelos bonos. Secundum vero per malos fieri conveniens fuit, ne totaliter post peccatum ab utilitate naturalis ordinis exciderent. Haec ibi D. Thomas, qui ultimus quaest. 105. & 114. alia quaedam addit de ordinatione malorum Angelorum, & impugnatione Daemonum: quae omnia sequentibus sectionibus explicabuntur.

## SECTIO I

Quale fuerit primum peccatum Angelorum?

**R**espondeo fuisse superbiam, quamvis alterius speciei & quidem multiplicis absolute posuerit esse. Primum pars probatur primo ex Scriptura, ubi variis locis partim allegorice, partim literaliter exponens causam ruinae Angelorum, quae est primum ipsorum peccatum, significat esse superbiam, neque propriam & specialiter dictam, prout significat appetitum inordinatum propria excellentia: cum quia Scripturae verba, praesertim tam frequenter & altanter idem affirmant, debent accipi proprie quantum fieri potest: tum etiam quia interdum Scripturae expresse illam distinguunt ab aliis vitiis: ubi loquitur de superbia proprie & distincte sumpta, prout est vitium speciei & distinctum ab aliis.

Probat  
ex Scrip-  
tura.

Primo generis testimonia allegorica sunt praecipue tria. Primum habetur Isa. 14. *Derachta est de inferos superbia tua. Quo modo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane orgebis, qui dicebas in corde tuo: In caelum conscendam super astra Dei exaltabo solium meum, sediponam monte testamenti in lateribus Aquilonis. Accedam super altitudinem nubium, similis ero Altissimi.* Vbi liget ad litteram sermo sit de Nabuchodonosore Rege Babylonis, ut patet ex verbis praecedentibus v. 3. 4. & 5. qui Lucifer vocatur, id est, stella fulgentissima dei praenuntia, ad significandum splendorem regiae dignitatis: eo modo quo Reges solent vocari astra & soles: Per ille autem verba, *conscendam in caelum, super astra, & super altitudinem*

nubium, significatur immensa cupiditas amplificandi & exaltandi regnum suum: per illa denique, *sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis*, significatur desiderium occupandi aeternam & templum aedificatum in monte Sion ad lacus Aquilonis, id est, ad partem Septentrionalem, iuxta illud Psal. 47. *Fundatur exultatione uniuersa terra mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni*: tamen haec allegorice de Angelo rebellium Principe, qui per superbiam a caelo ceciderit, intelligunt communiter sancti Patres, quorum plurimos citauimus disput. praecedent. sect. 5.

Secundum testimonium allegoricum habetur Ezech. 28. *Tu signaculum similitudinis, pensus sapientia & perfectus decore &c. donec inuenta est iniquitas in te. Et eleuatum est cor tuum in decore tuo. Quae postrema verba elationem nimiam mentis, id est, superbiam proprie dictam significant & allegorice de Lucifero intelliguntur a Patribus communiter, ut ostendimus loco citato. Allegorice, inquam: nam ad litteram ibi est sermo de Rege Tyri, quem disertè Propheta exprimit ibidem v. 11. & de quo possunt ostendi ibi dicta rectè intelligi, ut ostendunt Villalp. Cornet. alique interpretes ibidem, & Valsq. Valsq. Cisp. 232. num. 26.*

Tertium testimonium allegoricum habetur Iob. 41. *Ipse est Rex super omnes filios superbiae. Vbi quomuis ad litteram sermo sit de Cete, dicto rege super omnes filios superbiae, id est, maximo mole corporis, & fortissimo inter omnia animalia: vel inter pisces, iuxta versionem Septuaginta, Ipse est rex omnium quae sunt in aquis: tamen allegorice de Lucifero eiusque superbia sermonem ibi esse docent Greg. lib. 34. Moral. c. 18. & alii. Estque valde credibile Spiritum sanctum tam non ita quae ibi dicuntur, alio fine dixisse, quae ad explicandam solum piscis illius naturam & indolem.*

Gregori



Altera  
probatio  
ex Script.

Anterioris generis testimonia, qua in sensu ipso literali continentur id quod intenditur, hec precipue sunt. Tob. 4. v. 14. Tobias senior sibi insequens de singulorum virtutum officis, deque vitiis oppositis, sic ait de superbia, vt speciali vitio, speciaque virtuti opposito: *Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Argui peccatum primum Angelorum fuit initium omnis perditionis Angelorum & hominum. Et Luc. 10. *Vitiam sathanam sicut fugit de celo cadentem &c.* Quibus verbis iuxta probabilem interpretationem Patrum, quos citat & sequitur Suarez. lib. 7. cap. 8. num. 12. Christus auertit ab elatione discipulos, ne superbiunt de potestate sibi data in demones, & decident per superbiam a gratia & honore sibi collato: sicut Sathan illius causa cecidit. Et 1. Timoth. 3. Paulus ait Neophytum non esse eligendum in Episcopum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli: id est, ne per superbiam cadens, vt diabolus, cum illo iudicetur, & condemnatur simili pena, ob simile peccatum, vt exponunt Chrysof. Theodoret. & Theophylact. in eum locum.

Chrysof.  
Theodor.  
Theophyl.  
act.

6.  
Idem probatur  
ex SS. Patribus.

6. Probatur secundò ex Patribus, quorum plurimòs iam citauimus: & omnes penitus tam Græcos, quàm Latinos, ita sentire testatur Valsq. disp. 232. cap. 3. Quare non potest sine temeritate, vt minimum, recedere a tem communi consensu. Ratione vero probari id nequit, cum sit questio facti, quæ sola auctoritate constare potest: & Angeli aliis modis primò peccare poterint, vt exponemus paulò post. Facillimum tamen illis fuit, peccare primò per superbiam. Quia appetere inordinate propriam excellentiam, est vitium valde spirituale, & proprium naturæ intellectualis. Precipue vero naturæ purè intellectualis, quæ omnibus aliis corporeis præcellunt, possunt facillè amare immoderate suam excellentiam, & supra modum extollere, aut derectare subijci.

7.  
Multipliciter  
peccare  
poterunt.

7. Multipliciter autem per superbiam peccare poterunt. Primò agrè ferendo, quòd Deus sibi non contulisset maiorem excellentiam supernaturalem, quòdque ad consequendam beatitudinem, cultum aliquem & obsequium per modum meriti ab illis exigeret, pœnalque aternas interminaretur nisi pareant: dolendo de illo decreto tanquam sua excellentia indigno. Secundò, e contrario nimis sibi complacendo in sua excellentia naturali vel supernaturali, & vltèriorem, ad quam inuitabantur promerendam, dedignando: nolendo Deo subesse, illoque indigere ad maiorem acquirendam. Tertio, affectando & optando suæ naturæ vnionem hypostaticam, non hypotheticè tantùm sub Dei beneplacito: sic enim non peccassent, sed ita eam optando propter suam ipsorum excellentiam, vt eis displi-

ceset decretum Dei sibi id negantis: qui affectus propria excellentia sine dubio inordinatus est. Quarto, dolendo quòd Christo subiicerentur, vel quòd homines sibi essent associandi in gratia & gloria, quorum etiam saluti deberent ipsi seruire, & mitti in ministerium salutis dedignando huiusmodi ministerium, & maiorem super ipsos excellentiam ac primatum optando. Vel etiam quindò, affectando diuinitatem, non realem sed apparentem, per voluntatem inducendi, quòd ad possent, homines ad idololatriam, & ad cultum diuinum sibi tribuendam, vt ipsi procurauerunt & pluribus sæculis obtinuerunt.

Ex quibus omnibus modis magis placet id quod ait Suarez. lib. 7. cap. 13. num. 13. post Viguer. Cathem. & alios plures ibidem citatos, quòdque, si qua demonibus in suo facto fides habenda est, accipi à viris fide dignis ipsos in exorcismis solemniter affirmasse, peccasse Luciferum affectando vnionem hypostaticam, & dolendo de ipsa vt natura humana conuenianda, ad eiusque rei indignationem sollicitando alios Angelos. Hoc enim, momentum plus momenti habere facile potuit ad ipsum inducendum in peccatum, & ad alios trahendos in consensum, indignantes quòd naturæ suæ in Angelo nobilissime communicanda non esset illa dignitas, potius quàm naturæ humanæ inter intellectuales vltimæ, & tota natura Angelica longè inferiori, cui tamen ad omnes propter vnionem hypostaticam auiciendi essent. Istique modo peccandi apprime conueniunt quæ ex Isaiâ & Ezechiele ante reuelatus: *Dixisti, Deus ego sum: in calum blasphemiam, sicutis ero altissimo, vt certe fuisse per vnionem hypostaticam. Item illud Ezechi. 28. *Dixisti, ego sum quasi cor Dei, & eleuatum est cor tuum quasi cor Dei.* Sic enim per vnionem hypostaticam exaltatum adeò fuit, vt hominis, vt sit cor Dei: sic per superbum appetitum illius vnionis eleuatur voluntas creata, vt quàm voluntas Dei esse concupiscat. Deinde quæcunque sancti Patres dicunt de affectu per Luciferum Dei similitudine vel æqualitate: melius significantur hoc modo, quàm si dicitur, vel absolute, affectasse vt esset Deus per se, & circa vnionem cum hypostasi diuina, quòd cognoscebat esse absolute impossibile: vel hypotheticè id desiderasse, & inordinate in ea hypostasi sibi complacuisse. Quo pacto peccasse Luciferum patrum probabile est. Quippe non est credibile, Angelum adeò nobilem, ex tot tantisque bonis in tantam miseriam incidisse, propter hanc nugatoriam complacentiam, propter quam vix peccaret homo mediocris. Adde, quòd illa complacentia fuisse inepta ad alios trahendo, constat autem Luciferum traxisse alios ad sibi consentiendum.*

Probabile  
est Luciferum  
peccasse  
affectando  
vnionem  
hypostaticam.

10.  
Tertium  
est, quòd  
Luciferus  
peccasse  
dicitur  
quòd  
eleuatum  
est cor  
suum  
quasi  
cor  
Dei.



9. Refutantur alia sententia.

Idemque dico de opinione plurimorum, quos sequitur Vasq. disp. 225. cap. 3. alienum peccasse Angelos peccato praesumptioe suam beatitudinem supernaturali, volendo eam consequi viribus naturalibus sine speciali Dei auxilio. Si enim loquuntur de voluntate efficaci, Angeli non poterunt tam turpiter errare, vt putarent se illam consequi posse, viribus solum naturalibus. Sin autem loquuntur de simplici voluntate & complacentia: non est credibile Angelos tam leui de causa per nugatoriam complacentiam peccasse, & a beatitudine supernaturali decedere maluisse. Neque etiam quod dicunt alii tantum Angelos sibi placuisse in naturali beatitudine, vt supernaturalis eis displicerit. Si enim peccasset tantum per affectum in a complacentia de sua excellentia in naturalibus aut supernaturalibus perfectioribus, dedignando maiores, & omnium maximam, quae est Beatitudo supernaturalis: non peccasset illo maximo peccato superbiae, quo Scriptura Ezechielis 28. & sancti Patres supra citati indicant ipsos peccasse, summum aliquid affectando, & ad maiora aspirando. Neque ille modus peccandi erat adeo aptus & efficax ad alios in consensum trahendos. Multoque minus si, qui naturaliter peccasset per affectum, & desiderium praesumptum super alios Angelos, vix enim alios ad sibi consentiendum traxisset. Et alii ab ipso ad peccandum inducti, non peccarent peccato superbiae, consentientes, & potius illi se submississent. Atque non tantum Luciferum, sed & illius affectus peccasse per superbiam, communis Patrum & Theologorum sententia est.

10. Potuerunt vincto actu multa superbiae committi.

Potuerunt tamen omnes plura simultanea in vincto actu superbiae vno eodemque actu committi. Et sic possunt conciliari varia Patrum & Theologorum sententiae de peccato Angelorum, si intelligantur sine exclusione, sed permixtis aut motiuis. Quorum praecipuum fuit de diximus excellentiam vnionis hypostaticae, naturae humanae conferendam potius quam angelicae. Cui motiui credibile est in actu fuisse aliud quatuor locis praenumeratum. Quod scilicet doluerint homines ubi tunc conuerses gloriae, & aliquos aequales, imo & superiores, quorum salutem debentem ipsi ministrare, optarintque maiorem supra illos excellentiam. Neque est improbabile addidisse quoque illud, vt cum per vnionem hypostaticam deus honoribus potiri non posset, vellet eos sibi procurare alia via, homines per idolatriam peccatum ad cultum demonum iohannis Deorum inducendo.

11. Occurrit objectioni.

Non tamen placet quod aliqui dicunt, peccasse Luciferum hac tantum specie peccati, & non affectione vnionis hypostaticae: eo quod, inquit, Scriptura significat Luciferum peccasse affectu quodam absoluto & efficaci voluntatis: *in caelum conscendam, super terra qualem solium meum, &c.* Non potuit autem voluntate absoluta & efficaci affectare

vnionem hypostaticam, quam videbat sibi esse impossibilem ex Dei decreto. Respondet enim Scripturam potuisse vti modo illo loquendi ad significandum vehementiam affectus Luciferi, efficacis quantum in se ferat, ita vt per eum non staret: & gravitatem superbiae ipsius, sicut ad eandem explicandam vitur aliis verbis, quae non possunt in sensu proprio explicari: cuiusmodi sunt ista: *Dixisti, Deus ego sum: in caelum conscendam, similis ero altissimo.* Neque enim tam insulse erravit Lucifer, vt se Deum esse crederet: aut se fore similem, id est, aequalem altissimo, circa vnionem hypostaticam sibi impossibilem ex decreto Dei. Potest autem haberi affectus de se efficax, & tendens ad opus, quantum est de se, circa obiectum horum impossibilem peccati, quomodo potest quis habere voluntatem de se efficacem subueniendi pariter, si posset.

Secunda responsio, potuisse Angelos absolute multis aliis modis peccare. Probatur, quia Angeli natura sua relicti possunt peccare multipliciter contra legem naturalem, & supernaturali: sicut demones peccant contra: sunt enim auctores multiplicium peccatorum contra legem vitamque, blasphemiae, odii, inuidiae, furis &c. & multa per se praestant. Nec vllum est peccatum, quod saltem quoad affectum internum complacentiae, vel desiderii inefficacis, exercere non possint: licet efficaciter, & quoad actum externum, per se nequeant ea exercere quae non consumuntur externis nisi ope vincti: corporum vt sunt gula, luxuria, & similia. Sicut ergo potuit absolute aliquid aliud obiectum, quam superbiae, primo illis occurrere: ita potuerunt circa illud primum inordinate versari & peccare.

Contra primam conclusionem sentit Scotus in 2. dist. 6. q. 2. & in Reportatis q. 5. in fine, affirmans Angelum non potuisse peccare primo per superbiam proprie dictam: sed peccasse primo per amorem amicitiae inordinatum erga seipsum, nimium sibi complacendo in suis bonis: quod Scotus ait non esse proprie superbiam, sed luxuriam quaedam spiritalem. Secundum peccasse per immoderatum amorem concupiscentiae erga seipsum sine respectu ad alios: in mirum optando sibi beatitudinem cum aliquo excessu. Tertio loco peccasse per affectum inordinatum excellentiae super alios: in quo solo putat Scotus consistere superbiam proprie dictam. Verum male supponit, superbiam proprie dictam non posse esse sine respectu ad alios: potest enim consistere in eo quod aliquis inordinatam amat absolute excellentiam suam, aut maiorem sibi desiderat supra modum rectae rationis. Et supposito quodam superbiae proprie non in eo consisteret, male probauit debuisse Angelos necessarium peccare prius circa talem amorem excellentiae sine absolute confidentiam, quam circa appetitum excellentiae relatam ad alios, vt supra & erudit

12. Potuerunt Angeli multis aliis modis peccare. 13. Scoti sententia de primo peccato Angelis reuelatur.

MARTINI  
NEUS  
DE J. P. P.  
D. V. T.



offendant Valq. disput. 232. cap. 2. & Suar. lib. 7. cap. 39.

14. Thom. Contra secundam vero conclusionem videtur sentire D. Thom. qu. 63. art. 2. ubi docet primum peccatum Angelorum necessarium esse superbiam. Sed intelligendus est, ut recte exposuit Becan. cap. 7. qu. 2. de superbia materialiter accepta & generaliter, prout reperitur aliquatenus in omni & quolibet peccato; eo quod peccans se minus quam par est submittit Deo legis omnis iudicij & auctoritatis non de superbia strictè sumpta, prout est amor immoderatus propriae excellentiae. Possunt enim alia obiecta primum occurrere Angelis, & ab ipsis inordinatè appeti, non de superbia strictè sumpta.

15. Idem S. Doctor ibidem videtur affirmare primum peccatum superbiae, & invidiae; per se & formaliter cadere in Angelos. Sed hoc bene nunc puto ita esse accipiendum, ut sensus sit alias species peccatorum non ita facile cadere primum in Angelos, quam ea quorum causa est propria excellentia, quae sunt superbia, & invidia circa eos qui excellentiae propriae videntur adversari. Alloqui enim non apparet, cur non sint capaces formalis & expressae inobedientiae, curiositatis, invidiae, iniustitiae, blasphemiae, idololatriae, invidelitatatis, &c.

16. Ibidem D. Thom. in solutione secundi argumenti remouet à demonibus iram, auaritiam, & acediam. Sed quod attinet ad iram: loquitur de illa prout coniuncta est cum passione corporea. Nam alioqui si tumatur pro appetitu vindictae cum quadam tristitia (quo modo etiam proprie & formaliter sumi docet idem S. Doctor qu. 20. art. 1. ad 2.) potest esse in Angelo: non in Deo, quia est incapax tristitiae. Quanquam ne hoc quidem ad proprium & formalem irae conceptum necessarium est: neque propterea debet à Deo remoueri, ut suo loco diximus. Quod autem attinet ad auaritiam, & acediam: intelligendus est D. Thom. non absolute de omni auaritia; sed de illa quae rapit, aut nimis tenaciter retinet, ad corporis proprii sustentationem: & de acedia quae refugit laborem corporeum.

SECTIO II.

Quam Angelorum est ubi, & quando peccauerint?

17. Lucifer rebellium Princeps fuerit tantum primus inter Angelos infimae hierarchiae, ut sensi Damascen. lib. 2. de fide cap. 4. an absolute primus omnium & nobilissimus, vel posituè, quia prior & perfectior ceteris omnibus, vel negatiuè, quia nullus eo perfectior, incertum est. Posteriorius, quia communiori Patrum & Doctorum sententia recipitur, probabilius videtur. Sic enim docentè Patribus Tertul. Ori-

gen. Chrysof. Augustin. Hieron. Gregor. Magnus: itemque S. Thom. qu. 63. art. 7. D. Thom. & Theologi communiter, quos citant & sequuntur Molin. ibidem, Valent. qu. 14. punct. 5. Valq. disput. 37. Becan. cap. 4. qu. 2. & Suar. lib. 7. cap. 16. Eodemque referunt allegorice sancti Patres illud Iob 40. vers. 14. Ipse est principium viarum Domini: atque etiam posituè primum, id est, ceteris omnibus perfectior, fuisse sentiunt. Estque probabile quod sicut in mundo corporeo quaedam sunt in sua specie singularia, ut sol, & luna, & ceteri planetae: sic in mundo Angelico quaedam sunt Intelligentia singularis in sua specie, vel gradu perfectionis. Quo pacto Lucifer fuerit vnicus in specie, vel gradu nobilissimo. Dionys. quidem cap. 2. de Diuin. nom. 1. part. in fine, vnum quendam Angelorum primatum agnoscit, cum ait: Ipsam Iesu in carne apparitionem inaccessibilem esse, & ipsi quoque antiquissimorum Angelorum primati non cognitam. Et Hieron. in Hieron. Plalm. 23. in fine, ait Diabolum non inordinatè Angelorum sub sua habuisse dominatione, sine bonos, sine malos. Gregor. serm. 32. Moral. cap. 18. alias 24. Deus, inquit, hunc primum concepit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit. Quod idem habetur distinct. 2. de penit. cap. vlt. Inde ne maior illi fuit occasio superbiendi, appetendo vnionem hypostatiam, Christoque superbi inuidendi, & dedignandi illi subijci.

18. Nec obest quod vocatur Cherub, Ezech. 18. vers. 14. Nam interdum nomina vnus ordinis tribuuntur alteri, ut vultes exemplis ostendit Suar. lib. 1. cap. 13. num. 6. Et praesertim superiori tribuitur nomen inferioris: quia perfectio, ex qua nomen illud sumptum est, concingit nobiliss, vel formaliter, vel em penter, in superiori. Atque ita Lucifer primus Seraphinorum, habebat plus scientiae & intelligentiae, quam omnes Angeli qui specialiter dicuntur Cherubim scientiae plenitudine. Adde cum D. Thom. qu. 63. art. 7. ad 1. Cherubim dici a reiecta: Seraphim vero dici ab amore, qui est incompartibilis cum peccato mortali: ideoque primum Angelum peccantem non nominari Seraph, sed Cherub.

19. Idem D. Thom. ibidem ad 2. recte respondet non esse incongruens ordinem diuinam fuisse frustratum in nobilissima creatura, quae excidit à beatitudine, propter quam erat condita. Nam Deus illam non absolute efficaciter, quod disauerat ad beatitudinem, sed dependenter, in eius libertate, & gloria suam, quam non assequitur per gratiam & amorem, obtrinet per iustitiam: in eoque maxime patefecit se nulla creatura, quantumuis nobiliss, indigere. Merito etiam permisit peccare, & in aeternum abiecit peccantem cum tanta indignitate. Neque propterea habet infensius quod gloriatur de nobilissima creatura: sed potius summa confusio dignum est, quod tam nobiles creaturae tam eminenti statu, ad infimam



mam extremamque miseriam sua culpa ceciderint. Valet quoque plurimum hac permissio ad humiliandos homines superbos, quos tantis potentibus, & excellentibus donis naturalibus aut supernaturalibus. Quae de causa Scriptura illam proponit allegorice Regibus & Magnatibus, Ezech. 28. & Christus Apostolis de potestate in daemones sibi data gaudentibus, ac forte superbientibus. Unde D. Augustinus tract. 95. in Joann. in fine, Ne sibi parei existimet superbia vesana mortalium, supplicio terrenda est Angelorum. Non item obest, quod sancti Patres hanc causam inter alias fecerint, cur Deus homines, non Angelos redemerit: quia in homine tota natura conseruat, non in Angelo. Etenim Patres illi loquuntur de tota natura Angelica, comparata cum tota natura humana. Non autem de aliqua particulari natura Angelica, quae tota conseruat in vno aliquo individuo. Adde multos esse Patres censuisse omnes Angelos esse eisdem speciei, vt alibi ostendimus.

Cecidisse cum Lucifero aliquos ex singulis ordinibus affirmat probabiliter D. Thom. quaest. 63. artic. 9. ad 2. & Scholastici cum Magistro in 2. distinct. 6. & 9. aliique communiter. Paulus etiam ad Ephesios 6. vers. 2. enumerat lapsis Principatus & Potestates, indeque nostrum in daemones certamen amplificat. Quod si in Scriptura nomina quorundam ordinum non tribuuntur daemionibus, vt Seraphim, & Thronotum: causa est, inquit D. Thom. loco proxime citato, haec nomina sumuntur ab ardore charitatis, & ab inhabitatione Dei, quae non possunt esse cum peccato mortali. Attribuntur autem eis nomina Cherubim, Potestatum, & Principatum: quia haec nomina sunt in scientia & potentia, quae bonis malisque possunt esse communia.

Quot ceciderint omnino incertum est: plures tamen fuisse, quam ceciderint, constat quam in hominibus, seneiunt communiter D. Thom. quaest. 63. artic. 9. & artic. Theologi. Quia Scriptura frequenter, & sancti Patres, maximeque Dionysius, beatorum Angelorum numerum exprimere solent maximis numeris in se reflexis, millium millibus, myriadam myriadibus: at non ita multitudinem daemionum. Adde ex Apoc. 12. Draconem secum traxisse de caelo tertiam partem stellarum praecise, vel moraliter, numerum caelum pro incedit in mori. Licet autem locus ille Apoc. literaliter sensu intelligendus sit de tempore Antichristi, & de bello quod Angelis contra ipsum & sequaces gerent in fine mundi pro Ecclesia: quemadmodum indicant verba sequentia, quibus laudantur Martyres in bello illo interfecti pro Christo: allegorice tamen conuenit a Patribus de praelio Luciferi cum Angelis in caelo, quod fuit typus extremi illius certaminis cum Antichristo.

Existimant aliqui tot cecidisse praecise,

quot erunt homines beati: quippe qui tantum praedestinati sunt ad reparandas ruinas Angelorum: iuxta illud Psalmi 109. de Christo dictum: *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas.* Sed hoc male conijecit. Nam homines fuerunt per se destinati ad gloriam, & non tantum per accidens ex occasione ruinae Angelorum. Imo Christus homo-Deus fuit primò, & ante ipsos Angelos expectatus: & praedestinatus, vt ostendimus suo loco. Neque obest illud Psalmi 109. vbi ad litteram sermo est de implendis ruinis non Angelorum, sed Iudaeorum. Et verum est, homines qui saluantur implere seipsa ruinas Angelorum: id est, implere patriam caelestem, quam ipsi deseruerunt. Nec non sunt praedestinati tantum vt implerent, quasi aliqui non fuerit futurus locus hominibus, si regna illo amplissimo.

Cecidisse autem alios primi illius uisionis, & exemplo, affirmant S. Thom. quaest. 63. artic. 8. vbi etiam exortatione alleetos docet Magister in 2. distinct. 6. & vtriusque interpretes communiter: post Origenem, Nazianz. Casarium, Chrysostom. Ambrosium, Hieronym. aliosque Patres quos citant & sequuntur Vasquez ad artic. cit. & Suar. lib. 7. cap. 17. Fauet etiam Scriptura Matth. 25. vers. 42. *Ita in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius, sequacibus scilicet in culpa, & per peccatum illi subiectis.* A quo enim quis victus est, eius & seruus est, 2. Pet. 2. Et Apoc. 12. dicitur Draco tertiam partem stellarum traxisse. Et Luc. 11. & Matth. 12. vocatur princeps Daemionum, in Beelzebub principe daemionum, quia daemonia. Quem principatum Christus ibidem non negauit, sed calumniam aliter refutauit. Et in commendationibus animae moribundi sic dicitur: *Cedat tibi terribilis sathanas cum satellitibus suis.* Et denique in Exorcismis Ritualis Romani, sic habetur: *Exorcizo te Diabolica potestatis inuentor & malitiae, cum satellitibus tuis, &c.*

Locum in quo peccarunt, caelum fuisse, e quo statim deiecti fuerunt in penam peccati, colligitur ex Luc. 10. vers. 18. *Videbam sathanam tanquam fulgur de caelo cadentem:* quod sancti Patres de primo peccato Angelorum, eiusque poena, exponunt communiter, vt videre est apud Maldonar. & alios Interpretes illius loci. Et in Exorcismis ab Ecclesia receptis, ipse tibi imperate, qui de superius caelum ad inferiora demergi praecipit. Puto autem caelum illud non fuisse Emphyreum, sed aliud inferius, in quo fuerunt conditi. Neque epim deiecit illam de dem Beatorum peccato inquinari, & locum termini ante finem dari.

Quando autem praecise peccauerint, incertum est. Monco tantum primò, non peccasse in ipso instanti suae creationis: quia tunc fuerunt in gratia, vt ostendimus superiore disput. Secundo, dico absolue, tamen primò illo instanti peccare potuisse, vt patet



ex alijs disput. 41. sect. 2. ubi ostendimus Angelos primo instanti fuisse liberos & capaces manere. Nec obest quod opponit D. Thom. quæst. 63. artic. 5. operationem Angelum primo instanti habitam, Deo esse specialiter tribuendam. Quia, inquit, illa operatio quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente à quo habet esse: sicut moueri sursum est igni à generante. Respondeo enim, quod licet operatio naturalis & necessaria, quæ incipit cum esse rei, tribuatur aliquo iure agenti quod dedit illi esse: & virtutem naturalem, ex qua necessario prædit talis operatio: secus tamen est de actibus liberis, qui procedunt ex pleno & libero dominio ipsius operantis. Sed neque verum est primam & indeliberatam cogitationem huc Angelorum, sive hominum esse necessariam à Deo veluti à speciali causa. Potest enim esse ex officio obiecti, vel propositione ab alio, quam à Deo specialiter facta. Et quamuis prima cogitatio esset à Deo specialiter, & bona esset, & posset Angelos libere contra illam facere & peccare.

Prima cogitatio non est necessaria à Deo.

25. Libertas non est ratio in futurum, sed etiam est eo instanti quo exercetur.

25. Non item obest quod ait Hugo Victorin. libertatem esse tantum ad futurum, non ad præsens, quod cum sit, non potest non esse. Respondeo enim libertatem esse ad agendum, ita ut possit non agere? vel ad non agendum, ita ut possit agere: vel ad ponendum vnum ex duobus oppositis, ex dominio ad vtrumlibet. Quæ libertas & vis eum exerceatur eo instanti quo alterum ex dominio ponit necesse est ut sit eodem instanti. Nam quod non est, non potest exerceri vel agere. Dupliciter autem hæc facultas considerari potest. Nimirum vel absolute ut prior actu, vel cum illo coniuncta. Priori modo libera est in actu primo, & actus potest ab illa non esse: quatenus potest, ut talis, ab illo abstinere, vel alium exercere. Posteriori verò modo determinata est ad talem actum: liberè tamen & à seipsa, quatenus illum ita posuit, ut potuerit abstinere, vel ponere oppositum. Et id quidem quod est in præsens, ex suppositione quod est, non potest non esse: quia non potest simul esse & non esse. Absolute tamen spectatum, vel antecedenter, & ex vi causæ in actu primo sumptæ, potest non esse: quatenus illa potest non potere si velit, instantibus licet omnibus ad agendum prærequisitis. In quo differt causa libera à causis necessariis, quæ non possunt non operari quotiescunque adsunt omnia ad agendum prærequisita. Porro non esse necessarium, ut libertas in actu primo præeat tempore suum exercitium aut actum secundum, patet exemplo diuinarum determinationum liberarum, quæ sunt ab æterno. Vtque causæ necessariae possunt esse coram suis effectibus, reuera sola prioritate naturæ: sic & liberae. Quippe quæ non minus possunt agere, quandoque habent omnia ad agendum prærequisita. Possunt autem illa habere

eodem instanti quo primo exfluat. Dico tertio, certum esse Angelos peccantes non diu stitisse in iustitia. Prius enim peccarunt, quasi primi Parentes, quædam invidia & sollicitatione ad peccatum inducti fuerunt. At primi parentes peccarunt vel ipso primo die suæ creationis, ut multi Patres affirmant apud Perer. & Cornel. à Lapide in cap. 3. Genes. vers. 23. licet aliqui Recentiores cum Sutare lib. 4. de opere sex dierum cap. 8. in fine, peccasse malint altero die post. Quod vix eodem die fieri poterint tam multa, quæ narrantur fuisse facta ante lapsum & eiectionem. Alii ut Perer. & Delrio in cap. Genes. citatum, censent non peccasse nisi octauo die post suam creationem. Certe quidem Probabilis est inuidiam Euaoli non permisisse, ut primi parentes in statu illo soliti diu quiescerent absque tentatione. Aliunde verò Angeli quinque tantum diebus ante primos parentes creati fuerant. Ergo si primi parentes primo aut altero die suæ creationis peccarunt, manserunt tantum Angeli quinque aut sex dies sine peccato. Mansisse verò usque ad sextum diem paulò post hominis creationem, probabilis videtur nonnullis propter illud Genes. 1. dictum à Deo post formationem hominis: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erat valde bona*, quod voluit esse vniuersalissime accipiendum de omnibus à Deo factis iuxta vim verborum illorum, *cuncta quæ fecerat*, quæ sine graui causa restringi non debent, sed proprie & in proprio intelligi de omnibus à Deo productis, sive à Moyse expressis, sive non: in quibus nulla fuerit adhuc malitia vndeunque inducta. Sed hoc incertum est, & à paucis asseritur.

26. Angeli peccantes non diu stiterunt in iustitia. Perer. Cornel. Sutare.

Delrio in cap. Genes. ad vers. 23.

Existimo tamen viam Angelorum non fuisse tam breuiem, atque nonnulli sine fundamento sufficienti inueniunt, quasi vix tantum instanti temporis in gratia fuerint, & immediate post pecciderint, ac tertio instanti damnati: atque ita via Angelorum durus instantibus finita sit: Sed potius, ut recte docet Molina quæst. 63. art. 8. conclus. 4. moram Luciferi in statu gratiæ fuisse notabilem, propter quod dicitur Zachiel. 28. *Ambulasti in medio lapidum ignitorum*; id est, Angelorum charitatis ardentium, vel Seraphinorum, tanquam eorum nobilissimus, & velut Rex stipatus & cinctus aulicis: *perfectus in viis suis, donec in eo inuenta est iniquitas*, & de eo repletus est iniquitate in multitudine negotiorum suæ. Nam verba illa, *ambulasti*, & *in multitudine negotiorum, donec*, &c. significant moram aliquam notabilem in innocentia. Sed neque Lucifer eodem instanti temporis quo peccauit, omnes alios ad peccandum pertraxit, ut recte addit Molina ibidem post Dameron. disput. 3. in 2. Petri. Nam ridiculum est asserere Iuxtam illam de rationis cum Michæle & alijs Angelis, quos ad defectionem sollicita-

27. Via Angelorum non tantum instanti temporis in gratia fuerint, ac tertio instanti damnati.

Salmer.



bar, & quosum aliqui se illi adiungebant, alij resisterant; vnico momento temporis fuisse peccatam. Neque est verisimile Angelos, & supra diximus, ceciderunt aliquot ex singulis ordinibus, & itaque tam differentes, & inaequales naturae viribus, & gratia donis, victos fuisse omnes simul & eodem instanti. Sed potius alij citius, alij tardius ad consensum pertractauerunt.

SECTIO III.

Nimirum Angeli peccantes fuerint expectari ad penitentiam?

28. Penitentia duo requirit.

Suppono primò expectationem ad penitentiam duo includere. Nimirum momentam aliquam necessariam ad respiscendum post peccatum commissum: neque enim potest quis respiscere eodem instanti quo peccatum committit: cum peccatum neque a simul esse, & non esse: simul acceptari, & efficaciter reici. Et deinde Oblationem auxiliorum necessarium ad penitendum. Inuoluntate enim & inepte expectaretur penitentia ab eo qui peccare non posset. Nullus autem penitere potest sine auxiliis ad penitendum necessariis.

Angeli non erant illius incapaces.

Suppono secundò voluntatem Angelorum non esse inflexibilem & incapacem respiscendi, vt offendimus disput. sect. 3. Itaque Angeli peccantes poterunt agere penitentiam, dummodò Deus instans aliquod vel tempus post peccatum illis concesserit ad respiscendum, & gratia auxilia ad salutarem penitentiam necessaria illis obtulerit. Quæstio igitur est, an Deus cum Angelis peccantibus ita se offerret?

29. Penitentia qui peccat expectatio ad penit.

Affirmant Scot. in 2. distinct. 6. quæst. 2. art. 2. §. Al. quartum dico: Gabriel ibidem quæst. vnica artic. 2. Salmeron disp. 3. in 2. dist. Petri, idemque probatur Censet Loxan. Petr. 2. v. 4. quibus fauet Cyril. Hierosol. Catechet. 2. cum ait: Nescitis quantum Deus condonarit Angelis. Nam & illis indulget. Ratio præcipua est: quia id magis amplificat Dei misericordiam, totaque magis occasionem murmurandi de Dei providentia. Quare si nihil obstat, ita potius de Deo sentiendum est. Non obstat autem id quod præcipue obijcitur ex 2. Petr. 2. Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed videntibus in ferni detentos, &c. Et Iudæ 6. Angelos, qui non seruauerunt suum Principatum et dignitatem, virtutibus æternis sub caligine referunt. Quia licet verba ista nullam continent restrictionem: potest tamen facile subintelligi ex alijs locis similibus. Nam eodem modo dicitur 2. Petr. 2. vers. 5. Quod Deus non pepercit originali peccanti ante diluuium, & So-

domam damnarit. Quod non est verum nisi de peccato aliquando expectato ad penitentiam. Et Iob. 9. vers. 28. sic ait: Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Et tamen non est verum, Deum non expectare sæpe homines ad penitentiam post delictum. Non item obicit quod nullus Angelorum sit conuersus & Deo reconciliatus, iuxta communissimam sententiam Patrum: Nam id contingere potuit ex pura demonum malitia, iuxta illud Chrysost. hom. de penitente. Humanum est peccare, diabolicum perseverare. Vbi Chrysostom. intelligit perseverare ex malitia & libertate: non autem ex impotentia penitendi. Alfoqui non bene id obijceret ad probationem hominum obstinatorum.

Chrysost. in uera editione Tom. 1. p. 94. in fine: Non tam esse graue, si post lapsum resurrexerit, & peccata sua dimiserit.

Contraria tamen sententia tenenda est. Primò, quia est conformior Scripturæ verbis suprarelati ex 2. Petr. 2. vers. 4. & Iudæ 6. quæ sine vlla restrictione proferuntur, neque licet illam tenere addere, aut subintelligere sine graui fundamento. Præsertim cum verba illa intelligantur communissimè à Patribus fuisse dicta ad significandam specialem Dei severitatem erga Angelos præ hominibus. Non fuisse autem specialis, si Deus illos ad penitentiam expectasset, & non penitentes solummodo damnasset. Neque potuissent sancti Patres inferre ex illis locis Scripturæ, nullum Angelorum qui peccauerunt, fuisse Deo reconciliatum, si liceret restrictionem illam subintelligere, quod scilicet Deus Angelis peccantibus non pepercit, si non egerunt penitentiam, ad quam illos aliquandiu expectauit: id est, non pepercit Angelis iis quos non penituit. Aliunde enim non habuerunt Patres nullum eorum consensisse Deo vocanti ad penitentiam: & nos est per se credibile nullum de tanta multitudine consentire voluisse. Neque par est ratio de alijs Scripturæ locis suprarelati ad asserendum contrariæ sententiæ. Nam sufficiens fundamentum subintelligendi in illis restrictionem, habetur aliunde certissimè ex Scriptura, quæ docet homines expectari & vocari ad penitentiam: Christum esse pro ipsorum peccatis mortuum esse, vt illis penitentiam & veniam impetraret. At de Angelis nihil tale dicitur in sacris literis. Deinde Scriptura non addit locis illis sententiam damnationis quæsi immediatè sequentem peccatum, si non in executione, saltem in irremediabili destinatione: sicuti facit 2. Petr. 2. v. 4. Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed videntibus in ferni detentos, &c.

30. Alii iudicant, & contemnerent.

Probatur secundò auctoritate Patrum, quorum hanc esse sententiam vniuersim conflat his tribus argumentis. Primò, quia omnes ita loquuntur de puritate sanctorum Angelorum, vt supponant nullum eorum peccasse vnquam, ne quidem venialiter, vt rectè affirmat Suar. lib. 8. cap. 1. nu. 13. Quare nullus sanctorum Angelorum

31. Idem probatur ex Patribus.



per penitentiam restitutus est, & beatitudinem adeptus. Secundò, quia nullus eorum affirmat illum Angelorum peccantium fuisse per penitentiam restitutum. Nullus enim qui hoc dicit, profertur à Salmerone, & Lorino supra citatis, qui exactissime eorum testimonia congerunt. Nam quod afferunt ex Cyrillo Hierosol., interpretandum est de condonatione & indulgentia per praeuentionem: eo sensu quo Christus dicitur demisisse beatam Virginem per praedictionem à peccato originali, impediendo efficaciter ne in illud laberetur. Tum quia hoc indicant eius uerba immediate post sequentia, Quandoquidem ipse tantum unus est, qui peccare non possit. Tuta etiam quia alioqui locus ille Cyrilli probaret etiam nunc sanctos Angelos peccare, & egere penitentia.

Tertiò, quia sancti Patres expressè affirmant Deum non dedisse Angelis spem ueniam, & locum salutaris penitentiae. Ita Damascen. lib. 2. de Fide, cap. 2. Fulgent. de Fide ad Petra, cap. 3. Augustin. uel alius apud ipsum auctor libri primi de mirabilibus sacre Scripturae cap. 2. Gregor. lib. 2. Moral. cap. 3. aliàs 4. Enlib. 4. cap. 9. & 10. Prosper lib. de uita contemplat. cap. 3. Bernard. serm. 22. in Cant. Gregor. Nyssen. ant Nemes. lib. 1. Philosophiae cap. 3. Auidetiam sancti Patres communi consensu, redemptionem à peccato esse beneficium proprium hominum: Et Christum non pro Angelis, sed pro hominibus mortuorum esse, ac Deum benignus cum hominibus, quam cum Angelis egisse. Si autem Angeli fuissent uocati ad penitentiam & remissionem peccatorum, fuissent uocati per Christi merita ipsius morte consummata. Nam sine sanguinis ipsius effusione non fit remissio; Hebr. 9. Et alioqui Deus benignus cum illis egisset, quam cum hominibus; si pro eorum peccatis non exegisset rigorosam satisfactionem, qua Christi morte solum exhibetur.

32. Probatur tertiò ratione: quia si Angeli fuissent ad penitentiam uocati & expectati: omnino aliqui (supra scilicet uoluntatis eorum flexibilitate naturali) respuissent. Est enim improbabile Luciferum tam multos suis falsis & de se infernis persuasionibus, è statu gratiae in peccatum traxisse: & Michaëlem, aliosque sanctos Angelos, suis ueris ac solidis hortationibus neminem de peccati statu ad gratiam reuocare potuisse: atque ad conuersionem suppeditata fuisse profusus in omnibus inefficacia, ita ut nulli è tanta multitudinis profuerint.

33. Neque dicas breuitatem spatij ad penitentiam illis concessi causam huius rei fuisse. Nam si Deus serio ad penitentiam illos uocasset: non adeò breue spatium concessisset, ut intra illud non possent facile uocanti obtemperare. Minus etiam probabile puto id quod ait Suar. lib. 8. cap. 1. num. 21. & 23. Deum quidem aliquandiu

expectasse Angelos peccantes ad penitentiam, & uocasse auxiliis communibus & ordinarijs: sed quae in omnibus fuerunt irrita, propterea quod ipsi per priuam electionem malam, quam habuerunt, obdurauerunt seipfos & excecauerunt: ad eum modum quo prauis homines per multiplicationem peccatorum in excecantur & obdurantur, ita ut moraliter illis impossibile ac difficilissimum sit soluerti per auxilia communia. Minus, inquam, probabile est omnes & singulos Angelos peccantes ita se obfirmasse in mala electione, ut nullus omnino resipiscere uoluisset: cum non ita se obfirmauerint in prima bona electione, per quam gratiam sanctificantem erant adepti, ut non ab ea plurimum facile turpiterque defecerint.

34. Neque obest Chrysost. ultimo loco citatus ad aduersarijs. Nam intelligendus est de perseverantia, non habituali solum in peccato iam commisso, & nondum remisso, sed de actuali id est de peccandi continuatione. Peccant enim perpetuo de ratione mala uoluntate, cuius libertatem ad peccandum non ademit reprobatio & damnatio. Illosque imitantur qui tota uita continuò peccata peccatis addunt. Ad aequitatem uero diuinae prouidentiae, hac in parte, sufficit quod Angeli cum tanta cognitione, in gratitudine, & facilitate resistendi peccauerint. Maior enim cognitio, deliberatio, & malitia Angelorum, causa sufficiens & iusta esse potest, ut statim abijcerentur. Nam & unumquodque peccatum iudiciale aeternae abiectione & poena dignum est: maxime uero respectu eorum, quibus lex à Deo lata circa talem poenam promulgata fuerit.

35. Porro quamuis Angeli statim post primum peccatum reprobati à Deo fuerint: non tamen illis caelo deiectione, & poenis tantis caelo alijs aeternis addicti fuerunt, quàm tota uia bonorum & malorum Angelorum finierit. Alioqui Lucifer, si statim deiectionis fuisset, non alios in caelo ad peccandum sollicitaret. Sed dumtaxat statim post uiam omnes ad inferos detrusi, sicut uel ualtem eò, uel ad supplicij locum praecipuum, destinati fuerunt, ut colligitur ex 2. Petri 2. uers. 4. Et Caparnicea uideat. 6. Omnes tamen, statim post finem uiae, poenam damnationis essentialem pati ceperunt, eque ac homines quos statim post uiam morte finitam puniri per uiam damnationis, docet parabola uel historiae uis Epulonum Luc. 16.

36. Supposito autem quod à Angelis se uel peccantibus non fuerit concessum spatium penitentiae, par sui uel simili boni post primum meritum bonum confirmarentur in gratia: tamen gloria nisi spatio uel finito non fuit collata. Istra quod totum spatium potuerant deinceps pergere, tum boni Angeli in aeternis atque alijs actibus: tum mali contra, demereri magis ac

Damasc. Fulgent. Augull. Gregor. Prosper. Bernard. Nyssen.

32. Probatur ratione.

33. Occurrit obiectioni

Suar.

34. Solatur altera obiectione.

35. non fuerint deiectione, nisi uia finierit.

36. Boni fuerunt statim confirmati in gratia post primum meritum.



magis. Neque enim confirmatio in gratia, vel derelictio, tollit merendi vel demerendi potestatem: ut quoad merendum patet in Apostolis confirmatis in gratia, & in Beata Virgine. Enimvero ad tantam gratiam & gloriam assequendam, quantum diximus habere sanctos Angelos disput. precedenti sectione & necessesse fuit non vno tantum actu, neque paucis esse merites, ut ibidem notauimus.

## SECTIO IV.

De pena Demonum.

Nota primò, penam generatim esse malum aliquod propter culpam illatum. Quod malum duplex esse potest. Priuarium, id est, ablatio vel carentia alicuius boni: & posituum, id est, illatio aut perceptio alicuius molesti aut tormenti. Prior vocatur pena damni: quæ absolute loquendo potest esse sine dolore & cognitione. Quo pacto censent aliqui infantes in Limbo non cognoscere neque dolere de amissione beatitudinis æternæ. Posterior vocatur pena sensus: & non est sine vitali actione patientis. Vtramque penam patiuntur demones multipliciter. Priuantur enim multis bonis, ut visione Dei & bonis omnibus supernaturalibus, conuersatione altera cum sanctis Angelis, habitatione cœlesti, naturali libertate mouendi se quod vellent, qua priuantur ij qui iam inferno velut carceri addicti sunt, & omnes tandem ad detrudentur, itaque facultate expedita multa cogitandi, volendi, & agendi, quæ sunt damnationis inferni, & tormentis cruciatibus acerbissimis non permittit. Quamuis enim omnes facultates naturales manserint in illis integræ: impediuntur tamen in operando. Patiuntur etiam multiple tormentum, ut grauissimum ignis cruciatum, reuocatum conscientie perpetuum, confusio nem æternam, subiectio nem imperio Ecclésiæ in exercitiis, & imperio Angelorum factorum, etiam natura inferorum, quod propter superbiam agerrimè ferunt & valde iniuri.

Nota secundò, in his omnibus duo esse præcipua, in quibus essentialis pena damnationis consistit, ad quæ perpetuo durant inuariabiliter: cetera vero sunt accidentalia, & variari possunt. Primum est priuatio perpetua visionis & fruitionis Dei, sine spe recuperandi, & sine desertione totali auxiliorum gratiæ. Et hæc vocatur pena damni per antonomasiam: nullum enim maius damnatum patiuntur damnati, id est, nullo maiori bono priuantur. Secundum est tormentum

ignis, quod vocatur pena sensus. Non quod demones patiuntur ab igne dolorem sensibilem & corporalem, cuius sunt incapaces, quippe incorporei & pure spirituales: sed dolorem suendam spiritalem acerbissimum, de quo dicemus pauld post.

Nota tertio, licet absolute loquendo non sit de ratione pœnæ damni, ut cognoscatur & sentiatur, sicut pauld ante diximus: demones tamen sine dubio cognoscere, se priuatos esse Dei fruitione, deque eo dolere. Et hic dolor pertinet ad pœnam damni, velut accessorium ad principale, ex quo sequitur conaturaliter supposita cognitio, & tanquam vna & vitans illius damni perceptio & perceptio. Circa alteram vero pœnam, quæ dicitur sensus, est grauis difficultas, quomodo demones torquantur per ignem corporeum. Qualem esse ignem inferni suppono hæc certa & Communi Catholico rum sententia, fundata in Scriptura, & unanimi Sanctorum Patrum expositione, locis relatis à Suare lib. 8. cap. 12. & Vasq. disput. 243. licet omnino id de fide non sit.

Ratio difficultatis est, quia demones, cum sint puri spiritus, non possunt pati dolorem nisi pure spiritalem. Dolor autem spiritalis est, actus voluntatis male & molestè illam afficiens, qui præsupponit in intellectu cognitionem alicuius objecti tanquam disconuenientis. Itaque si demones patiuntur dolorem ab igne corporeo, necesse est apprehendant ignem illum tanquam sibi disconuenientem, & quidem pessimè afficientem, ut de illam acrem & vehementem dolorem concipiant. Difficile autem est intelligere & explicare, quomodo possint ignem apprehendere ut sibi tantopere disconuenientem, & præsertim simili quodam modo, quo anima corpori vitata illum apprehendit in combustionem proprii corporis & dissolutionem temperamenti ipsius, sibi conuenientem & necessarij ad informationem, ut demones inde dolorem similem, & proprium ignis concipiant.

Omissis variis aliorum sententiis, de quibus disputant subtilissime Authores supra citati: probabilius censeo torqueri demones per ignem, non solum veluti per carcerem cui alligantur, aut alligandi sunt aut velut per signum, in quantum tale ipsis perpetuo representans iram diuinam, & amissionem bonorum cœlestium, reliquamque suam insolentiam: sed etiam quia ad præsentiam, & determinationem obedientiam ignis, patiuntur dolorem spiritalem acerbissimum, & aliquatenus similem illi quem anima rationalis secundum voluntatem experitur ad vltiorem corporis.

Primò igitur, non nego Demones torqueri ab igne per alligationem, velut à carcere



alligantur contra propriam voluntatem & conatum iratum, vel alligandi sunt qui vagantur adhuc permittuntur: vt recte docent D. Augustin. lib. 21. de ciuit. cap. 10. D. Thom. quaest. 64. art. 4. ad 2. & 3. & lib. 4. contra Gent. cap. 90. & quaest. 26. de veritate art. primo. Capricolus, Ferrarientis, Caietanus, Paludanus, Ricardus, Bonauentura, Gabriel, Scotus, Durandus, Maior, & alij quos citant & sequuntur Valent. quast. 15. punct. 3. Valq. disput. 243. cap. 6. Et Suar. lib. 8. cap. 14. num. 4. Et patet ex Scriptura, quae de poenali aliqua daemnonum incarceratione aperte loquitur 2. Petr. 2. *Uerus peccantibus Angelis non peperit, sed reudentibus inferni detractos in tartarum tradidit quiauidos.* Et in Canonica iura v. 6. *ubi aeternis vineis referuati dirisuntur.* Et Matth. 8. abique sapius de carcere illo aeterno sermo fit.

Neque difficile est intelligere, ignem, etiam effectiue quodammodo, daemones continere per resistenciam & impenetrabilitatem. Potest enim ignis, per diuinam potentiam supernaturaliter cooperantem ad obfistendum, reddi daemnonibus impenetrabilis, & immobilis vel inseparabilis. Ad eum ferè modum quo naturaliter spiritus ipsi possunt se alijs effectiue impenetrabiles & immobiles reddere obfistendo aliorum virtuti penetrantiæ & loco-motivæ. Neque propterea necesse est ignem, vel spiritus obfistentes producere, in spiritibus quos detinent *ubi*, vel alium modum, aut accidens intrinsecum & distinctum in re, vt patet Suar. num. 8. & 9. sufficit enim meta detentio & resistencia, absque vlla productione quæ non in omni actione reperitur, vt exemplo contactus, motus localis, & similibus modificationibus, ostendemes alio loco.

Secundò, non inficior daemones torqueri etiam per ignem corporeum, vt per signum instrumentale iræ diuinæ, perpetuo ipsis representans iram diuinam, & amissionem bonorum supernaturalium, reliquamque suam infelicitatem: vt recte docet Theoph. Raynaud. dist. 8. Theolog. natural. quaest. 4. art. 4. sub finem. Idque facile est intelligere. Potuit enim facile Deus assumere, ac probabile est assumpsisse, ignem inferni in signum instrumentale, & diuinitus deputatum, iugiter illis obuertans, continuoque exhibens speciem seu vultum Dei horrificum irati & odio habentis, multaque mala quæ priuatiua, quæ positiua infligentis in poenam, Deo ipso perpetuo adigente ad huiusmodi apprehensionem maiorem, aut minorem pro culpæ grauitate.

Sed dico tertio, daemones ad presentiam & determinationem obedientialem ignis corporei, pati dolorem specialem acerbissimum, & similem illi quæ anima rationalis secundum voluntatem experit ad vitionem corporis. Probat, quia quam con-

stanter & frequenter Scriptura affirmat sit inferno esse ignem: affirmat etiam cruciatu, cremare, vrere. Ergo sicut primum literaliter, quoad fieri potest, intelligendum est; ita & secundum. Maxime cum sanctorum Patrum consensus, & expolitio communis talis sit. Aded vt parum sibi cohæreant Theologi illi qui primum asserunt propter huiusmodi auctoritatem, sanquam certum & catholicum, etsi non de fide: secundum tamen negant.

Sanè verò poenitentiam, tanquam incarcerationis & alligantis videtur planè insufficientis ad explicandam quæ Scriptura & Patres de poenitentia daemnonum & animarum damnatarum constanter docent. Item Luc. 12. diues Epulo, secundum animam tantum in inferno cruciatus, non tantum se detineri; sed & cruciari in flamma; & refrigerium aquæ potulari, quod meræ detentioni impertuens foret. Et 2. Petr. 2. dicitur daemones non tantum reudentibus traditi, sed additur etiam cruciandi. Et Apoc. 14. *Cruciantur igne bestia & assecke.* Et cap. 20. *Diaboli qui sedebat eos missus est in stagnum ignis, & sulphuris, ubi & bestia & pseudopropheta cruciantur die ac nocte, nempe ab eodem igne, & fumus tormentorum ascendet in secula seculorum, vt dicitur cap. 14. 18. 19. & 21.* Quibus verbis Scriptura daemones & homines damnatos in poena ignis assimilat. Homines autem damnati non patientur tantum ab igne vt à carcere, vel vt signo iræ diuinæ; sed vt specialiter affligente modo ignis proprio, & dolore acerrimo qui per hunc. Olet ientit & infligi. Quapropter D. Augustinus lib. 21. de ciuit. cap. 10. *Cur, inquit, non dicamus quamuis miris, tamen veris modis etiam spiritibus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi?* Et paulò post: *Adhaerent ergo spiritibus (Daemones) licet incorporei, corporis ignibus, cruciantur libris & ineffabilibus modis: accipientes ex ignis poena, non habendo ignibus vitam.* Huc vique Augustin. Atqui vt recte expendit Lex. lib. 13. de persec. diuin. cap. 30. *Si non affligentur aliter ab igne, quam concipiendo tristitiam ex eo quod sunt illi alligati: non miris & ineffabilibus modis accipere poenam ab igne. Facile enim est interire eos diuina virtute alligati igni, & sine concipere mortem.*

Item etiam diserè affirma Sanct. Gregor. libro 9. Moral. capite 50. *Vbi postquam ostendit praecipitibus capitibus homines igne corporeo esse cruciandos, docet simile modo cruciandos etiam daemones.* Et quomodo, inquit, *Anteriorum & hominum longè sit natura dissimilis: vna tamen (id est similes) poena implent, quos non in crimine reatus ligat.* Et lib. 4. Dialogor. cap. 32. idem confirmat exemplo morabilis cuiusdam idoli, cuius sepulchro flamma exiit, corpusque consumpsit, ostendens quid eius anima in sepulchro perferret. Cyprian. etiam libro ad Cyprian.

August. Thom. Valent. Valq. Suar.

46. Non sufficit poena ignis, quam carceris. Probat ex Scriptura.

42

44. 2. Vt signum instrumentale iræ diuinæ. Raynaud.

August.

Lex.

Probat ex Patribus Gregor.

45. 3. Per dolorem acerbissimum ignis proprium.

Cyprian.



Demetrian. prope finem, carcerem à pœna ignis distinguit, sic aicens: *Cremabit addictos illens semper gehenna, & viuentibus flammis*. Carcerique Patres pœnam illam ignis aded exaggerant, tamque frequenter & constanter docent spiritus ab igne cruciari, vii, & similia: vt incredibile sit de pœna solius alligationis fuisse locutos. Nec immeritò Suarez lib. 8. cap. 14. num. 12. post Anselmum & Melonium affirmat, si Scriptura & Patres solam detentionem spirituum in igne tot exaggerationibus proponunt, sequi ipsos fallum supposuisse, vt pia fraude nos terrent: quod dicitur, notas & impium est.

Suar.

47. Adde, saxi potius ingentibus fuisse alligandos, quam igni, si nihil aliud ab illo patitur, quam alligationem: & pœnam illam non magis dici posse pœnam ignis, quam pœna carceris ordinarij vocetur pœna lapidib. quando carcer ex lapidibus constructus est: qui loquendi modus est planè iustificatus. Adde etiam pœnam dæmonum ab igne fore multò mitiorem, quam hominum. Tum quia spiritus non ad efficiuntur à locis corporis, neque aded impediuntur ne liberè mentis functiones exercent: tum etiam quia homines non tantum detinebuntur, sed cruciabuntur, & cremabuntur, quanquam sine consumptione, vt in æternum ardeant. Adde vterius pœna dæmonum nondum esse alligatos igni inferni: nisi forte illum circumferant, quod vniuersim non est verum, quantum potest experientia conijci: sentiretur enim ille ignis, si Deus miraculosè impediret, quod miraculum ordinarij, non est leuiter & sine maiori fundamento asserendum: & præterea, nec ignem vagando circumferrent, non propterea illo torquerentur vt carere in præcis. Plures, inquam, dæmones nondum sunt alligati, sed vagantur in aere. Et quamuis cruciuntur apprehensione futura alligationis: hæc tamen pœna minor est alligatione, quæ nondum est, & non parum sentitur tam longa libertate, ita vt pœna ignis respectu illorum non magna videatur, si tantum in alligatione consistit.

48. Si deum serè argumentis conuincitur, nec sufficere aliorum illam modum torquendi per modum igni instrumentalis iræ diuine. Ergo hoc non est ignem vere, vt dicunt Scriptura & Patres. Cuiusque dæmones aliunde experiantur pœnis acerbis hostitibus, & priuatijs, quem sibi iratum esse: non mirum conserit signum instrumentale, vt hoc intellegant. Max. ad eum inimicitia & iræ signa cogitatio sequi possit connaturaliter ex alijs creaturis, quibus Deus cognoscunt. Facile enim cogitatio huiusmodi ex personæ iratæ notitiâ consequitur, vt experientia nobis notam est circa eos quos hostes habemus & maleficos. Denique ille torquendi modus non est mirabilis & ineffabilis, vt ait Augustinus loco supra cit.

Not sum  
cir etiam  
per modu  
instrum  
ti iræ diu  
ne.

Cum igitur hi duo modi torquendi non sufficiant, addedem esse certè ignem affligere dæmones: (& idem est de animabus separatis) non tantum detinendo per modum carceris, aut velut signum iræ diuine: sed vterius Deum ad præsentiam ignis, molestè his modis, & alijs fortè, quæ eff. dicit, quæ obiectiue, afficientis, & displicentis, concurrere cum Angelo, & efficere, vt per potentiam obedientialem concipiat dolorem proportionatum illi, quem anima concipit ex vitione corporis cui vnita est. Proportionatum, inquam, licet non omnimò similem neque eiusdem speciei. Ita vt sicut anima, in qua calor ille non produciunt, neque recipitur, sed in corpore solùm, dolet tamen, etiam quæ spiritalis, proprie disconuenientia, de qua habet immodicæ doloris receptio ad proprium corpus, & ad se consequenter: quam disconuenientiam anima valde apprehendit, & ex illa apprehensione vehementer dolet, etiam in parte superiori & spiritali, concipit sic Dæmones igneis corporibus alligati dæmonibus, & quæ vniti, doleant de illa alligatione & vnione disconuenienter, de qua igne disconuenienter ambiente, acri quodam dolore, non qualis tantum circa carcerem esse solet, sed qualis circa vitionem corporis proportionaliter: vel etiam sine tali alligatione, determinentur ab igne ad similem dolorem, Deo supernaturaliter concurrente, & eleuate ignem ad talem effectum, velut instrumentum suæ iustitiæ.

Dico proportionaliter: quia sicut obiectum non omnimò simile, nec eiusdem speciei affectio externa: ita neque dolor inde conceptus. Quod tamen sine vitione dolor illi proportionatus possit existere, patet ex omnianibus & phreneticis, qui ex illa apprehensione & imaginatione combustionis, dolent simili modo ac si comburerentur. Quod item ex alijs obiectis, licet externis & non aliter afficientibus, oriri possit dolor proportionatus affectio- ni cuiusdam internæ, patet exempli gratia ex ijs qui audita collisione ferræ vel lapidum, dolent quæ dentes sibi secarentur, deterrerent, aut obtunderentur, & ex intuitu vulneris horrendi sequi solet dolor quidam & fremitus, qualis accepto vulnere sentiretur: & denique plerumque ex alijs obiectis extraneis exurgit in nobis dolor, consentaneus potius alteri obiecto, & qualis ex ipso percipi solet. Neque ille dolor dicitur, sed verissimus est: fundaturque in aliqua obiecti disconuenientia vera, ex qua exurgit accedente tali modo apprehedendi & determinandi. Neque ita fallitur Angelus, sic apprehendens: sed eius apprehensio, æque ac dolor inde consequens, est verè conformis obiecto ita determinati supernaturaliter. Qua consideratione occurrit argumentis à Vasque propositis contra istam sententiam, disputatione 223. capite primo. Vbi pro eadem citat

49.  
Quomodo  
patitur  
ab igne  
colorem  
eius pro  
prietatis  
& similit  
vitionis

50.  
Quomodo  
ignis ele  
ueatur ad  
hunc dole  
rem causam?



Albert. in 4. dist. 44. a. 20. ad ult. (melius art. 27.) Bonavent. eadem dist. parte. 2. a. 3. quest. 2. Avicen. 9. Metaphyl. cap. vlt. quaquam isti non eodem plane modo rem explicant.

Sic ergo Dei potentie, miris & ineffabilibus modis igitur utenti ad pœnam dæmonum, tribui potest talis modus excitandi potentiam intellectivam & voluntatem dæmonum. ut ex obiecto ignis disconvenienter ambiētis, aut dæmonis intellectui perpetuo querentis excitetur non tantum ille dolor qui ex alligacione & carcere sequi solet per se: sed etiam qualis proportionaliter sequitur ad vltionem: cuius doloris capacem esse Angelum, ob proportionem quam habet cum anima rationali quâ spiritali, probabile est. Ignem etiam obiectivè & determinativè e-levari posse & concurrere obedientialiter ad illum dolorem, conijci potest ex eo quod animam, quamvis spiritali, & quatenus spiritali, mediante corpore abigat per calorem in corpus inmissum, ex quo sequitur velut ad obiecto per se determinante, non tantum dolor sensibilis appetitus sensitivi & corporei, ad quem tamen anima ipsa immediate concurrat: sed & dolor spiritalis voluntatis circa idem obiectum. Cùmque possint, ut alijs ostendimus, obiecta etiam materialia determinare Angelos immediate ad sui cognitionem experimentalem: Quidni etiam possint, Deo supernaturaliter concurrente, & eleuante potentiam obedientialem, determinare ad dolorem similem illi, scilicet analogicè, quem naturaliter causare possunt in subiecto eius capaci: Fateor quidem obiectum illud esse: sed nihil probabilius vi-  
deo, & cum Augustino concludo, torquentur dæmones igne corporeo, miris quidem, sed tamen veris modis.

Minus autem probabile est quod ait Suar. cap. cit num. 41. ignem gehennalem per potentiam obedientialem imprimere dæmoni qualitatem quandam spiritali in suo ordine doloriferam, substantiam Angeli malè afficietem & deturpantem, gratiæque supernaturali moraliter oppositam, aut aliter malè & turpiter afficietem, ideòque afflictivâ. Contra enim: primò, potentia illa obedientialis ignis ad producendam physicè qualitatē huiusmodi, per se obscurissima est, & rarumque probabile, & à Suare primum excogitata. Secundò, quæ qualitas potest Angelo imprimi magis ipsum deturpans, & gratiæ magis opposita, quàm peccatum mortale, quo se ipse fecerit, cōtinuò quæ dat, nec per se curat, imò quodam modo fecerit gaudet, atque homines similiter fecerit procurat. Tertio, Deus ut causa specialis & eleuans non potest aliquid ad eò secundum & inhonestum dæmonibus imprimere. Quarto, hæc sententia, si nihil aliud addit, non minus metaphorica facit Script. & Patrū testimonia de combustione, quàm incarcerationio sola & similes opiniones, quas eo maxime nōmīne Suar. fuisse improbat & vehementer vrget eod. c. 24.

Minus etiam placet, quod alij dicunt, ignem immittere speciem sui in dæmonem, vel etiam calorem, vel dolorem sensibilem, aut eiusdem planè rationis cum eo quædam in rationalis partem secundum voluntatem ad veram corporis vltionem. Nam quod ad primum arguetur: illa speciei impressio per se rarum probabilis est. Et si asseritur esse immaterialis: non videtur proportionata actiuitati ignis. Si materialis: non apparet angelum esse illius capacem. Deinde, quid est opus ignem imprimere dæmoni speciem sui: cùm illam Angelus vel ab initio congenitam acceperit, vel per experientiam acquisiuerit: & ad præsentiam ignis determinatis non egeat illius speciei impressa, sed per se sufficiens sit ad eius cognitionem perfectam & intuitivam? Adde illam speciem parum fore dolorificam, & testimonij Scripturæ & Patrū de combustione & cruciatu ignis non satisfacere. Quoad secundum: immisio illa caloris in Angelum communiter reijcitur, & merito. Tum quia ignis non videtur esse capax illius productionis in Angelo, ne quidem obedientialiter: tum etiam quia hæc actio caloris non est necessaria ad affectum doloris, proportionatum dolori spiritali animæ: ut patet in anima ipsa, quæ calorem non recipit, sed corpus solum. Ergo receptio illa, de se hinc difficilis & improbabilis, non est asserenda. Quoad tertium: Dico, cùm spiritus puri sensu careant, id est, sentiendi vi, esse euidenter impossibile pati ipsos ab igne dolorem sensibilem, qualem patitur anima in sensu tactus, vel in appetitu sensitivo, quando corpus viuum crematur, & temperamentum ipsius calore ignis dissoluitur. Vbi enim non est potentia: nec actus. At neque potest causare dolorem eiusdem planè rationis cum illo, quæ volunta anima coniuncta corpori experitur, quando corpus viuatur, ut putat Scotus in 4. dist. 50. q. 1. a. 2. conclus. 2. Impossibile enim est dolorem, æquè ac cognitionem, esse sine obiecto proportionato: neque potest obiectum diuinitus suppleri: ita ut dolor feratur in obiectum non cognitum, & cognitio in obiectum non proportionatum. Ad obiectum talis doloris non est in Angelo. Dolor enim voluntatis nostræ, quando corpus crematur, habet pro obiecto dolorem tactus, qui volenti displicet propter connexionem cum corpore quod malè afficitur, & à quo per calorem excessum anima ipsa expellitur. Doloris vero tactus obiectum est calor inmediate sensu malè afficiens, eique dilectus & acerbus: qualis non est calor respectu Angel, qui sensu caret, & est diuersi ordinis ab affectibus corporeis, à quibus corrupti non alterari sequitur.

Dicendum ergo potius dolorem illum esse alterius rationis, & analogicè tantum similem, qualis concipitur ex obiectis, non quidem physicè afficientibus, sed ad similem quendam affectioni physicæ dolorem determinantibus: ut fieri posse ostendimus superioribus exemplis non vltis. Facile autem est Deo specialiter concurrenti ad huiusmo-

53.  
Item qui volunt ignem imprimere illi speciei.

Aut calor vel dolor sensibilis, aut plane similem dolori tactus, quæ ratio qualis.

Scotus.

54.  
Est tantum illi similem analogicè.

52.  
Suar.  
Refellitur qui dicunt ignem imprimere dæmoni bus qualitatē spiritali doloriferam & deturpantem.





di determinationem, & ad actionem Angeli, effigere, ut maior aut minor fit dolor pro qualitate criminis: utque ignis inferni in dæmones, seu animas in aere vagantes, agat tamen, & cruciet, non solum apprehensione carceris futuri, & signi præsentis ut diuina: sed etiam determinando obiectiue ad dolorem, qualem ante descripsimus. Si enim alitra per tota millia millionum agunt naturaliter in hæc inferiora, & in ipsa terra viscera: quidni ignis inferni obiectiualiter agat in dæmones, vel in animas distantes, cum non agendo in mediis ad eum ut non sit necesse dæmones & animas ignem semper circūferre, nec aliquando circūterant, ut testatur fide digna historia.

SECTIO V.

Virum tantum sit Dæmonum afflictio, ut nullum gaudium concipere possint?

Suppono, afflictionem siue dolorem dæmonum esse duplicem. Vnum essentiali damnationi, consequentem ex priuatione perpetua visionis Dei & omnium gratiarum auxiliorum, & ex tormento Pænis. In quo dolore versantur dæmones perpetuo & inuariabiliter, sine obiecto necessitante, siue Deo ac ipsum semper & irremissibiliter dæmonē adigente in vindictam peccati. Alterum vero accidentalem, quem ex varijs alijs obiectis concipere possunt, & non ito potest esse variatio. Sicut ex opposito gaudium Beatorum duplex est. Vnum essentiali beatitudinis, ortum ex Dei visione, in quo perpetuo & inuariabiliter versantur Beati. Alterum accidentale de conuersione peccatorum, de salute amicorum, & similibus. Quod gaudium non est semper idem & inuariabile.

Hoc supposito, sunt qui affirmant tantam esse dæmonum afflictionem essentialē damnationi, & inuariabilem, ut nullum gaudium accidentale percipere possint: sicut e contrario, tanta est delectatio essentialis & inuariabilis beatitudinis, ut Beati nullum dolorem accidentalem admittere possint. *decent* Oham in 2. quæst. 19. ad 7. dub. in fine quæstionis. Gabriel dist. 7. quæst. 1. art. 3. dub. 1. Bañes. Cúmel, & Desanti ad q. 64. art. 2. Molin. ibidem disp. 3. Valsq. disp. 2. cap. 3. Marat. disp. 54. sect. 2. Fundamentum illorum præcipuum est, quia ut docet Aristot. 7. Ethic. cap. 14. & confirmat experientia, de bono gaudium ita opponuntur, ut non se opponantur in eodem subiecto, non modo circa idem obiectum, sed neque etiam circa diuersa, si vehementissima sunt. Et si aliquid gaudij accedat, aliquid tristitiæ decedat necesse est. Experimur enim nos quod magis dolemus de aliquo obiecto, eodem magis gaudere posse de alijs: & ea ipsa obiecta, quæ aliqui solebant afferre delectationem, nobis esse in summo luctu mœstia & importuna. Experimur etiam dolorem quantum vehementem, quocumque gaudio ad-

misso leuari & minui. Atqui tristitia dæmonum est summa & vehementissima, & perpetua duras, nullo modo leuari aut minui potest. Semper enim vel obiecto necessitante, vel Deo adigente, versantur in dolore essentiali damnationis inuariabiliter: ergo dæmones sunt incapaces omnium delectationis.

Contrarium sentiunt Gregor. in 1. dist. 1. q. 2. a. 2. ad 3. & 5. contra 2. conclus. Alens. 2. op. q. 115. membro 1. iuxta veterē editionem: addus illud, gaudium non esse verum, id est, purum, sed omni amaritudine respersum: & D. Thom. q. 64. art. 3. ad 1. vbi quicquid nonnulli dissimulant, loquitur de gaudio proprio & formaliter dicto, de quo manifeste sermo erat in argumento cui respondet: Erat enim huiusmodi: Cum dolor & gaudium opponantur, non possunt esse simul. in eodem. Cui responderet S. Thom. cum hac distinctione: Quod gaudium & dolor de eodem sunt opposita, non autem de diuersis: unde nihil prohibet vnum simul de re de vno, & gaudere de alio: & maxime secundum quod dolor & gaudium importat simplices actus voluntarij, sed est, sine passione corporea quid non solum in diuersis, sed etiam in vna & eadem re, potest esse aliquid quod volumus. Et aliquid quod volumus: quod scilicet, si sit presens, causat gaudium vel dolorem in subiecto capaci. Idē docuerat in 4. dist. 45. q. 2. quæst. 1. ad 4. vbi cum gaudium illud vocat phatalticum, intelligit non solidum, sed cito transiens, & de falso bono conceptum.

Eadem est sententia L. Augustini lib. 1. de Genesi cōtra Manichæos, cap. 17. vbi ait, dæmones qui antequam caderēt, de sublimi veritate gaudebant, nunc letari de infelici potestate sibi data in peccatoribus. Eique fauet Scriptura Ps. 12. v. 5. & 6. alijsque locis, quibus significat dæmones letari de nostra ruina, sicut Angeli sancti letantur de nostra penitentiā & salute. Faut item experientia ex historijs fide dignis. Ac denique ratio, quia ex obiecto apprehenso ut bono, & desiderato, postea, obrento, connaturaliter nascitur gaudium in subiecto capaci, & non impedito. Dæmones autem quædam apprehēdūt & desiderant ut sibi bona, & illa assequuntur: ut victoriam tentationum, hominum ruinam, & similia. Ergo ex huiusmodi obiecto possunt concipere aliquod gaudium, si aliud non sint incapaces. Non videntur autem esse incapaces propter dolorem & mœstiam essentialē damnationis. Quia sicut illa non est tanta, ut non patiat dæmones cogitare de alijs obiectis, illaque appetere & desiderare: ita neque tanta est, ut non patiantur eos gaudere utcumque, quando possunt optari. Si enim non obstant statu damnationis, est in dæmonibus vis intelligendi, & desiderandi alia obiecta sibi bona, eaque adipiscendi: quidni & habendi complacentiam & delectationem quandam de iisdem obtentis, quæ delectatio sequitur connaturaliter ad præsentiam boni obtenti? Neque enim in omnibus æquiparanda est æterna Beatorum felicitas æterna

Afflictio dæmonum duplex, vna essentialis damnationis, altera accidentalis

56. Prima sententia affirmat

Oham, C. br. Bañes, Cúmel, Pezant, Molin, Valsq, Merat.

Dolor & voluptas in se opponantur?

57. Secunda sententia negans. Gregor. Alens. D. Thom.

Augusti



miteria damnatorum. Alioqui sicut Beati non sunt capaces vilius erroris: ita damnati non sunt capaces vilius veritatis practicae aut speculative, quod factum est, & contra Scripturam Jacobi 2. v. 19. Demones credunt & contremiscunt. Et Sap. 5. v. 6. Ergo erramus a via veritatis, & iustitia lumen non illuxit nobis. Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Neque est de ratione pena condigna peccati mortalis qui nulliher, ut mereatur omnimodam tristitiam, vel omni gaudio incompatibiliter repugnantem. Nusquam enim Scriptura id revelavit, neque rationalis id docet, quin potius valde difficile est intelligere, quomodo peccatum tam brevis spatio committitur, praesertim sine expressa Dei consideratione, tam longa poena & aeterno ignis supplicio dignum sit.

Propter haec Quar. lib. 1. cap. 15. num. 16. hanc sententiam probabiliter esse censet: ita tamen ut gaudium illud nullo modo induat dolorem essentiali damnationi, quem patiuntur invariabiliter, si tunc perexiguus, & a maximo illo dolore absorbeatur. Neque cognitio boni quod desiderant, non minuit apprehensionem mali, quod patitur ut status essentialis damnationis: sic exigua illa complacentia & delectatio eiusdem obiecti non minuit dolorem illi apprehensionem proportionatum, sed est velut ignis scintilla in medium Oceani directa, & statim extincta: aut veluti aqua guttula, sitim vehementissimam accendens magis, quam leniens. Unde memo Athenis supra dixit, gaudium illud esse plenum omni amaritudine.

Ad fundamentum contrariae sententiae Responderi potest, Aristotelem loco citato dicere tantum quod voluptas contraria, & quavis etiam, modo sit vehemens, pellat dolorem. Sed non dicit voluptatem quamlibet quantumvis exiguam pellere aut minuere dolorem maximum circa obiectum non contrarium. Neque id etiam experientia convincit in nobis. Tametsi Angeli pure spirituales, & nobis potentiores, possunt facilius admittere simul dolorem & gaudium circa diversa obiecta. Possunt enim facilius ad plura per intellectum & voluntatem intendere.

Dices parum esse rationem, ut sicut voluptas quavis, si sit vehemens, pellat dolorem: ita dolor quilibet, si sit vehemens, pellat voluptatem. Dolor autem demonum vehementissimus est. Responderi potest probabiliter esse ex supra dictis, non tantam esse vehementiam doloris essentialis & invariabilis demonum, ut eorum voluntatem plane absorbeat: quamvis minor sufficiat ad voluntatem nostram, sensibus & passionibus corporis alligatam, multoque Angelica imbecilliore, sic absorbendam, ut sine ipsius expulsiōe aut diminutione, nullum possimus gaudium admittere.

His non obstantibus probabiliter censeo demones nullum verum & perfectum gaudium habere, licet habeant miserabilem quandam complacentiam de quibusdam bonis, ut de victoria tentationum, de damnatione hominum, de concessa libertate vagandi extra infernum, & nocendi hominibus, variis modis. Quam sententiam tradit Molina loco supra citato, admittens in demonibus complacentiam aliquam quando optata illis succedunt, negans tamen illis gaudium proprie & laetitia. Quod ut intelligatur, Notandum est, nomen gaudij ultra complacentiam voluntatis, de bono ut praesente, includere suavitatem quandam & quietem iucundam voluntatis in eodem bono, qua recessit animus, & delectose ac delectabiliter afficitur. Sicut ex opposito, dolor, seu tristitia, ultra displicentiam & odium mai ut praesentis, includit angorem & inquietudinem male & molestam afficientem subiectum. Et horum quomodo potest ab alio separari. Nam Deus & Beati habent displicentiam de malis praesentibus sibi displicentibus, puta de offensis Dei quae actu committuntur: sine angore tamen & inquietudine animi, & ideo non dolent neque tristantur. Similique modo possunt demones habere quandam complacentiam, quando optata ipsis succedunt: licet non habeant illam suavitatem & quietem iucundam affectus quae ad gaudium proprie dictum necessaria est. Et censeo probabiliter illam non habere: sed rabidam quandam complacentiam, felle iracundiae & odij contra Deum, & furoris & desperationis amaritudine plenam. Tantumque esse in illis dolorem essentiali damnationis, & sensum perpetuum de suo statu aeterno in felicissimo; ut omne verum gaudium & proprie dictum, id est, omnem animi suavitatem, & quietem iucundam in aliquo bono, excludat. Sicut tantum est gaudium Beatorum, ut nullam patiantur animi inquietudinem, nullam angorem. Qua forte de causa S. Thom. 2. 2. dist. 45. q. 2. a. 2. quaestione. 1. ad 4. vocat gaudium damnatorum phantasticum, sicut inquit, & omnes gaudere dicuntur dii homines ad peccata pertulissent, quia nullo modo poena nullatenus minuatur. Sicut nec maius gaudium Beatorum per hoc quod non sunt malis compati dicuntur. Eodemque sensu intelligi potest quod ait quaest. 64. art. 2. ad 1. ubi gaudium aliquod concedit Demonibus. Et similiter de eodem gaudio imperfecto, id est, de quadam complacentia, intelligi possunt alia loca ex Scriptura & ex D. Augustino citata: & Angelis alijque nonnulli pro secunda opinione relati.

Ad fundamentum vero illius opinionis Respondeo Demones, ratione status essentialis damnationis, esse incapaces omnis gaudij. Tantis enim dolor, quantum continuo patiuntur, & aeterna illa desperatio in summa afflictione, excludit formaliter & incompatibiliter omne verum gaudium. Nec

61.

Vera sententia.

Gaudium quod sit?

59. Hae sententia est probabilis.

60. Respondetur fundamento contrariae opinionis.

62.

Satis fiat gaudium sententia negans.





obest quod non obstante eo statu possunt aut cogitare, & desiderare ut sibi convenientia, eaque obtinere. Quia dicitur: Facilius est desiderare, quam gaudere. Imo dolor impellit ad desideranda bona convenientia & dolori opposita: neque tamen si vehemens est, permittit gustum suavem illorum haberi quando obtinentur, & in illis iucundat. Etiam conquisce.

SECTIO VI.

De obstinatione Dæmonum.

Obstinatio Dæmonum, id est, obfirmatio voluntatis in peccato, considerari potest, vel respectu peccatorum que in via commiserunt, queque fuerunt illis causa damnationis: vel respectu peccatorum que in statu damnationis committunt.

Circa primum, dubitari potest utrum voluntas dæmonum ita per affectum adhaereat peccato, quod in via commisit, ut nunquam illud retractet deinceps, neque retractare possit? Respondeo, triplicem esse posse, generatim loquendo, peccata commissa retractationem seu displicentiam. Prima est, retractatio supernaturalis, salutaris & efficax ad peccati remissionem obtinendam. Et hæc non potest haberi à dæmonibus in statu damnationis. Quia non potest haberi sine auxilio gratiæ: Dæmones autem, in statu damnationis sunt privati omnibus auxiliis gratiæ. Secunda est, retractatio seu displicentia naturalis honesta & recte rationi conformis, qua peccatum displicet secundum aliquam considerationem rectam, naturæ vultibus proportionatam. Et de ista quid sentiendum sit, patebit ex dictis in 2. phuius sect. Tertia est, retractatio queque supernaturalis, neque naturalis honesta; sed vel indifferens, id est, concepta ex motu, neque honesto, neque turpi, quia peccatum est causa nocenti cuiusdam naturalis, & quasi animalis: vel mala & vitiosa, quia ex medio displicenti, aut aliter inordinatè concepta. Et hanc non dubito haberi posse à dæmonibus. Par est ratio de illis, atque de hominibus damnatis, de quibus dicitur Sap. 5. 2. *Et dantes in habitum timore horribili, & mirabuntur in subitaneis in spiritalibus salubriter in case, penitentium in gentibus, & præ angustis spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuit in derisum, & in similitudinem in prope. Nos in seipso vitam illorum simabant, & iniqui &c. Ergo, errauimus à via veritatis &c. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia? Idemque indicat parabola vel historia Diuitiarum pulonis Luc. 16. rogantis Abrahamam, ut imitaretur Lazarum ad fratres suos, & eis dicitur quod si ipse sciisset, aut melius credidisset, nunquam venisset in hunc locum tormentorum. Idem significat Christus Matth. 8. 9. 12.*

83. Status questionis.

Retractatio peccati triplicis.

Dæmones damnati possunt aliquatenus retractare peccatum à se commissum.

eum ait in inferno futurum esse statum, & scidoreff dentium. Cūque de omnibus & damuatis summe displiceat in dicitur status, in quo versantur, consequens est, & valde conparatur, ut illas causa tanti mali displiceat.

Circa secundam, dubitatur utrum demones sint adeo obstinati in malo, ut semper peccent, ac nullum opus moraliter bonum vndequeque exercere possint? Existimant non peccati demones peccare in omnibus & singulis actibus quos exequent, vel ex obiecto, vel ex malo fine, vel ex aliqua alia circumstantia disconuenienti, neque posse aliter facere, ac prouide nullum opus moraliter bonum vndequeque exercere posse. Probat primo ex Scriptura Ecclesiasticis 9. v. 10. *Nec opus, nec ratio, nec sapientia nec scientia erunt apud inferos.* Adeoque nec prudentia. Nullam autem est opus moraliter bonum vndequeque, aliisque prudentia. Et Iob 10. v. 22. *Præsumis oratio, si impite tu horrore in leuaria.* Quibus verbis significatur, ut exponit Gregor. lib. 9. Moral. cap. 39. quanta sit confusio & inordinatio in mente damnatorum. Et 1. Iohan. 2. v. 8. *Ab initio Diabolus peccat, id est, semper & continuo peccat.* Probat secundò ex Patribus, Fulgentio lib. de fide ad Petrum cap. 3. *Si ut Beati nullas in se male voluntatis reliquias habebunt: sed damnati nullam bonam habere poterunt voluntatem.* Ibidemque multò ante dicit, *Prauaricatores Angelos nec mala possentquam carere voluntate, nec bona innocent. 1. 1. lib. 3. de contemptu mundi cap. 7. *Tanta erit in leprobis mentis oblitio, tanta cæcitas animi, tanta confusio rationis, ut raro vel nunquam ad cogitandum quicquam de Deo valeant assurgere, nedum ad confitendum valeant aspirare.* Probat tertio ratione, præcipue ab absurdo. Quia si possent demones aliquod opus moraliter vndequeque bonum exercere: possent consequenter detestari peccatum, quatenus contra rationem, aut contra Deum est. Possent velle obedire Deo, quia id iustum est. Possent laudare, colere, & amare Deum, quia id recte rationi conueniens est. Atqui hos actus damnatis concedere absurdum est, & dissentaneum Scripturæ locis supra relatis ex Psal. 6. Ecclesiasticis 9. & Iob. 10.*

Valde tamen dissentient in assignanda causa istius obstinationis. Nonnulli enim illius causam constituunt in aliqua priuatione. Nempe, vel in priuatione cæcitas generalis necessarii ad bene operandum: ut Paludan. in 4. dist. 50. quæst. vnica artic. 2. concl. 3. Et Molin. ad quæst. 64. art. 2. disput. 2. 5. *Dubium est hoc loco: vel in negatione omnium auxiliorum gratiæ, sine quibus non possunt demones bene moraliter operari: ut sentit Vasquez de cogitationibus congruis, disput. 241. cap. 4. Alij causam aliquam positiuam assignant: ut Aureol. in 2. dist. 7. quæst. 1. art. 1. qui putat causam huius obstinationis esse, quia Deus*

64. An demones semper peccent, & nihil vndequeque possint? Affirmatiui.

Gregor.

Fulgent.

Innocent.

Al. sic ad confitendum valeant respirare.

65.

Paludan. Molin.

Vasq. Aureol.

MARTINUS  
NEUS  
D. VI



Imprimis demonibus habitum adeo fortiter inclinatem, tantaque necessitate impellentem ad malum, ut voluntas Dæmonum non possit ei resistere. Quod etiam probabile censet Maior in 2. dist. 7. quest. 1. At Ocam in 2. quest. 19. littera F, & Gabriel in 2. dist. 7. quest. 1. art. 1. affirmant, Dæmones à Deo necessitari ad odium ipsius perpetuum, quod odium solus Deus efficit in ipsorum voluntate, merè passivè habente. Ex illo autem sequitur quod Dæmones nihil velle possunt quod ei placeat: adeoque nullum actum moraliter bonum vndequaque & honestum exercere. Sciunt enim omnes huiusmodi actus placere Deo. Caletan. vòd quest. 64. art. 2. §. Ad evidentiam: Ferrarion. 4. contra Gent. cap. 95. & quidam alij Thomistæ, dicunt quamcunque voluntatem Dæmonis esse aut voluntatem finis, quem ab initio inordinatè appetiit, aut ex illa voluntate proficisci. Vnde interdum omnem actum voluntatis Dæmonum esse malum ex illò fine. Probant antecedens: quia prima voluntas, quæ peccavit Angelus, fuit voluntas finis ultimi & universalissimi, quem Angelus peccans sibi contempsit, & præscripsit, saltem virtualiter. Quare cæteræ voluntates participant, saltem virtualiter, voluntatem illius finis. Quem admodum voluntas cuiusque boni particularis participat virtualiter voluntatem ultimi finis, seu beatitudinis. Denique Gregor. in 2. dist. 7. quest. 1. art. 2. & alij quos refert & sequitur Suar. lib. 8. cap. 11. num. 2. censent, obitinationem Dæmonum & damnatorum oriri ex statu ipsorum miserissimo, ex quo summam tristitiam, desperationem, & odium Dei, virtutisque concipiunt tantum, ut nihil Deo gratum facere velint, ac neque velle possint iuncta naturali voluntatis suæ fragilitate destituta maioribus auxiliis, & cum solo concursu generali sibi relicta.

In contraria sententia sunt Scot. in 2. dist. 7. q. 1. §. Resat nunc dicere, Bassol. ibidem q. 1. articulo 2. Durand. q. 2. num. 12. & Angles q. 2. conclus. 8. dub. 6. qui affirmant dæmones posse aliquid opus moraliter bonum vndequaque exercere. Probant, quia oppositum nondum bene ostensum est. Contra verò dæmon est liber ad non peccandum: quia nullum est peccatum, nisi sit liberum. Ergo quando peccat, potest, non peccare. Et si peccat omitendo aliquid actum moraliter bonum; potest istum non omittere, ac proinde potest actum istum bonum exercere. Confirmatur, quia omnia naturalia manserunt integra in dæmonibus. Ergo & libertas tam contradictionis, quam specificationis & contrarietatis circa bonum & malum. Ergo quando peccat, potest tum abstinere ab actu malo, per libertatem contradictionis: tum exercere actum bonum oppositum, per libertatem contrarietatis. Atque ita potest & non semper peccare,

& aliquid opus moraliter bonum exercere. Addit tamen Scotus, non obstantè illa potestate non peccandi, probabilius esse Dæmones semper peccare propter vehementiam naturæ, secundum quæ, inquit, magis probabile est agere Dæmones, quam secundum potestatem naturalem, quam habent ad oppositos actus.

Dico primò, Dæmones non habere impotentiam physicam ad non peccandum in ijs omnibus & singularibus quibus peccant. Patet, quia non est peccatum, nisi sit liberum. Ergo debet fieri voluntate physicè saltem potente ad non peccandum. Ergo Dæmones, quotiescunque peccant, possunt antecedenter, physicè saltem, abstinere ab actu in quo peccant.

Dico secundò, Dæmones posse non tantum physicè potentem, sed etiam moralè, id est, quæ sæpe vel interdum reducatur ad actum, libere abstinere à plurimis actibus, in quibus exercendis peccant aut peccarent. Probatur, quia dæmones ad imperium Ecclesiæ in exorcismis abstinere aut desinunt facere actus rectæ rationi oppositos: ac proinde desinunt illos velle efficaciter. Et odia Magorum rescissa, vel characteres comedio sublatis, desinunt à malis inferendis, præstandisque turpibus obsequiis, quæ antea libere, ob eadem pacta inrita, inderant, & præstabant. Verum verò abstinere ex motivo virtutis, ac ex alio affectu, parebit ex dicendis conclusione 3. & 4.

Dico terciò, non esse improbabile Dæmones posse moraliter aliquem actum indifferenter exercere, id est, ut bonum nec malum moraliter: & abstinere, ab aliquo actu malo propter motivum indifferens, id est, neque honestum, neque turpe, turpitudine opposita honestati & rectæ rationi. Probatur, quia non apparet esse difficile Dæmonibus exercere aliquem actum doloris aut displicentia de tormentis suis, eò præcisè quòd ab illis mala habentur, & abstinere ab aliquo prohibito sub interminatione, aut facere aliquod præceptum sub gravi pœna sicut fit in exorcismis, præcisè ne ab illo non tormento peius afficiatur. Quòd motivum neque est turpe, & contra rectam rationem: quia non est contra rationem fugere sibi nociva. Neque etiam honestum & laudabile, neque, ut in dicam, animale, & simile aversionem quam habent bruta, circa ea à quibus male afficiuntur. Quærens enim natura suæ delectabilia, & fugere vitia & nociva, præcisè ut talia, non est altera secundum rationes superiores, in quibus honestas & laudabilitas actuum moralium consistit: sed secundum rationes inferiores & animales, ab hisque cum brutis communes.

Dico quartò, probabilius esse tantam esse Dæmonum malignam, ut nullum exercant actum moraliter bonum vndequaque, neque abstinere ab illo actu malo, id est, secundum quia moraliter malus est, aut pure propter motivum honestatis, ac semper

67) Dæmones possunt non modo physicè sed etiam moraliter abstinere ab aliquibus malis.

68) Possunt moraliter aliquem actum indifferenter exercere.

69) Nonnulli exercent actum moraliter bonum vndequaque.

Maior. Ocam. Gabr.

Caletan. Ferrarion.

Gregor. Suar.

66) Sententia negans. Scot. Bassol. Durand. Angles.





versentur in aliquo actu peccandi: quanti-  
 nis non peccent in omnibus & singulis  
 actibus. Primum partem huius assertio-  
 nis nihil persuadet vnanimis consensus  
 Theologorum. Nullum enim reperio qui  
 asserat Dæmones vllum actum moraliter  
 bonam vndeque exercere: id est, hon-  
 nestum ex obiecto, ex fine, & ex omni-  
 bus aliis circumstantiis. Par autem est  
 ratio vt nunquam abstineant ab actu ma-  
 lo, adeo præcisè quia moraliter malus est,  
 aut purè propter motum honestum.  
 Nam huiusmodi abstinentia est vndeque  
 bona moraliter, id est, nihil turpitu-  
 dinis habens ex obiecto, fine, aut cir-  
 cumstantiis. Pro quo Nota, multipliciter  
 posse quempiam abstinere ab actu malo.  
 Primum, quia malus & inhonestus est. Quod  
 motiuum est bonum & honestum. Sine  
 abstinentia moueatur ad abstinendum à sola  
 malitia intrinseca actus in propria specie,  
 sed ab illa quam aliunde contrahit. Se-  
 cundo, ex motiuo malo & inhonesto, puta  
 ex affectu ad aliud peccatum. Tertio,  
 ex motiuo indifferenti, ex. gr. metu tor-  
 menti, naturali quodam & animali modo  
 considerati. Quarto, ex libera electione  
 alterius actus mali præ isto: vt si Dæmon  
 eligat blasphemare potius, quam mentiri  
 vel negari. Ex quibus quatuor modis so-  
 lus primus honestus est, quem Dæmoni  
 negamus. Tertium verò non esse illi ne-  
 gandum vniuersaliter, patet ex dictis in  
 3. conclusione: multoque minus secun-  
 dum & quartum, qui sunt magis compos-  
 sibile, cum malitia Dæmonis, quæ, vt di-  
 cemus paulò post, est vera causa obstina-  
 tionis ipsius.

70. Secunda pars conclusionis, quod Dæ-  
 mones semper peccent, id est, nunquam  
 non versentur in aliquo actu peccandi, est  
 communis Theologorum, quæ eo sensu ex-  
 ponunt illud 1. Ioh. 3. v. 8. *Ab initio Dia-  
 bolus peccat*: id est, ex quo peccare cepit,  
 versatur in actu aliquo peccandi. Nimi-  
 rum quia sic semper versatur in conti-  
 nuâ apprehensione suæ miseræ, & dolo-  
 re vehementissimo, cum summa despera-  
 tione nunquam ex statu illo infelicissimo  
 emergendi: ita semper irascitur in Deum,  
 à quo tam carè habetur, & ex ipsius odio  
 erumpit in blasphemias, & alia scelera  
 contra Deum & homines, quibus conti-  
 nuò conatur dolorem suum quodammodo  
 vlcisci. Ex quo patet, vt Dæmo-  
 num obstinatio sit longè maior, quam  
 hominum. Quæcumque, tam adhuc  
 in via existunt, & non dum poenæ tam  
 acerbæ experiuntur, neque planè desti-  
 tuuntur auxiliis gratiæ: quibus Dæmones  
 & damnati omnino carent.

Tertia pars, quod nihilominus Dæmo-  
 nes non peccent in omnibus & singulis  
 actibus, probatur primo, quia non pec-  
 cant in actibus illis indifferentiis positi-  
 uis aut priuatiuis, quos ex motiuo indif-

ferenti exercere possunt moraliter, & all-  
 quando exercent probabiliter, vt diximus  
 in 3. conclus. Et verò si necessitate mo-  
 rali peccarent in omnibus & singulis acti-  
 bus: quicumque illos ad agendum induceret  
 imperio vel interminatione, induceret ad  
 peccandum. Nam petere ab aliquo vt  
 faciat aliquid, quod non potest facere sine  
 peccato, est illum inducere ad peccandum:  
 estque malum & illicitum: nisi quando  
 pro auertendo maiori malo, suaderetur mi-  
 nus parato facere maius, à quo vitæ  
 auerti nequit. Quare Ecclesia malè face-  
 ret, quando in exorcismis compellit Dæ-  
 mones ad aliquid faciendum. Item ali-  
 qui actus Dæmonum sunt necessarii, id  
 est, non liberi: vt apprehensio continua  
 sui status, & dolor essentialis damnatio-  
 nis, à quo non possunt abstinere quan-  
 tumuis velint. Ergo non peccant in hu-  
 iusmodi actibus: quia quod non est liberum,  
 non est peccatum.

72. Deo quindò: Vera causa obstinationis  
 Dæmonum, est mala ipsorum voluntas,  
 sumptâ occasione ex statu infelicitatis  
 & desperatissimo, in quo perpetuò ver-  
 santur: id est, ex continuo & acerbissimo  
 cruciatu & dolore quem patiuntur, tum  
 ex amissione beatitudinis & desertione per-  
 petua, tum ex tormento ignis. Hæc enim  
 est illis causa vel occasio perpetuæ im-  
 patientiæ, & murmuracionis contra Deum,  
 & odij, ac voluntatis vendictæ, faciendo  
 semper aliquid quod ei displiceat, & con-  
 temptus virtutis atque honestatis, omni-  
 umque mediocum ad finem sibi iam im-  
 possibilem. Quemadmodum videmus ho-  
 mines leuioribus de causis prorumpere in  
 longa & continua odia, impatientias mur-  
 muraciones, & voluntates nocendi illis qui-  
 bus intenzi sunt, quia ab illis pessime habentur,  
 inuitissimeque torquentur, & in desperati-  
 onem atque contemptum eorû omnium que  
 putant sibi non profutura ad euadendum. Ad  
 hoc autem Dæmones tantò magis mouentur,  
 & magis obstinantur in malo, quòd eorû  
 tormentum longè acerbius est, & ca-  
 rent omnibus auxiliis gratiæ, relinquuntur  
 soli concursui naturali, vt dixi-  
 mus num. 63. Aliæ verò causæ ab aliis  
 assignatæ num. 65. præter vltimam que  
 cum nostra coincidit, vel falsæ sunt, vel in-  
 sufficientes, vt ostendemus sectione se-  
 quenti.

SECTIO VII.

Refelluntur alia sententia de obstinatione  
 Dæmonum.

73. Primum enim, quod aiunt Palu-  
 man. & Molin. causam illius obstinationis esse,  
 quia Deus negat perpetuò Dæmonibus con-  
 cursum generalem necessarium ad bene ope-

Causa ob-  
 stinationis  
 Dæmonum  
 est mala  
 ipsorum  
 voluntas.

Causa ob-  
 stinationis  
 Dæmonum  
 non est res.

70. Versantur  
 semper in  
 aliquo  
 actu pec-  
 candi.

71. Non tamè  
 peccant in  
 omni-  
 bus  
 & singulis  
 actibus.

MARTINI  
 NEUS  
 IN I. P. A. N.  
 D. M. I.



gatio con-  
currit D.  
ad bene  
operan-  
dum.

randum: inprobabile est. Tum quia est indignum Deo paratum quidem esse concurrere cum Dæmonibus ad malè operandum; secus autem ad bene operandum: & impedire per defectum concursus naturaliter debiti, ne bene operentur. Tum etiam quia Dæmones non peccarent omit- tendo facere actum bonum: quia non liberè omittunt facere id quod anteceden- ter face non possunt. At non possunt an- tecedenter facere vllum actum bonum sine Dei concursu necessario.

74.  
Neque ne-  
gatio, au-  
xiliorum  
gratiae, et  
congruæ  
cogitatio-  
nis.

Secundo, quod alij dicunt, causam huius obstinationis esse: quia Deus negat Dæmo- nibus auxilia gratiae, est insufficientis si nihil aliud addatur. Nam auxilia gratiae non sunt necessaria ad quodlibet operum moraliter bonum vndequaquo exercendum: sed possunt homines sine illo gratiae auxilio, cum solo Dei concursu generali, quædam opera bona naturalis ordinis exercere, ut suppono ex tract. de grat. Ergo idem possunt Dæmo- nes; nisi obstat aliud, nempe status ille miserimus, quem antea diximus esse occasionem huius obstinationis. Speciatim verò, quod ait Vasquez causam esse, quia Deus negat Dæmonibus omnes cogitationes congruas, id est, precisas ha- bituras effectum, si denatur; non placet, quia non possunt Dæmones peccare sine cogitatione sufficienti ad non peccandum. Quod autem illa cogitatio sit sufficiens tan- tum, id est, sine effectu, provenit ex volun- tate Dæmonis, qui non vult illi cooperari & reddere efficacem. Quare defectus cogitationis congruæ non est causa obstina- tionis: sed potius obstinatio Dæmonum est causa cur cogitationes non sint congruæ & efficaces. Dicere autem quod Deus de industria seligat eas cogitationes, qua- rum scientiam mediam præcitat non habituras ef- fectum, easque solas permittat haberi à Dæ- monibus, & vitet alias omnes quæ secundum cursum naturalem rerum, & providentiam communem, futuræ essent congruæ & effi- caces, Dæmone illis consentiente, sicut po- test naturaliter spectari, nisi aliunde impe- diatur: atque ira Deus ipse impediatur ne Dæ- mones vquam bene moraliter operentur: hoc, inquam, Deo indignum est, & facit Deum de industria querere atque procurare actus malos Dæmonum, & à bene operan- do illos studiosè impedit.

75.  
Neque im-  
probitio ha-  
bitus mali,  
à Deo fa-  
cta.

Tertio, quod Aureolus ait, Deum im-primere Dæmonibus habitum inclinatum eorum voluntatem ad malè operandum, tanta necessitate non possint ei resistere, absur- dum est, & Deo indignum. Nam dedecet omnino diuinam bonitatem imprimere & esse causam specialem habitus tam abomi- nandi, tamque fortiter impellentis ad om- nia scelera, quæcunque Dæmones commit- tunt. Si enim Deus positivè esset author omnium peccatorum, ad quæ per talem ha- bitum tam potenter impelleret: neque so- lum permitteret peccare Dæmones, sed ad

peccandum illos necessitaret. Atqui si Deus non potest velle iniquitatem, ut dicitur Psal. 5. & Habacuc 1. v. 13. multo minus potest ad eam instigare & necessitare. Ac si helle Jacobo cap. 1. v. 13. & 14. concupiscentia involuntaria, quæ inclinatur & incenditur ad peccandum, non est à Deo specialiter, quantum minus habitus ille qui multò ve- hementius impellit ad peccandum, quandoqui- dem voluntas non potest illi resistere, nec vllum planè actum bonum exercere? Deinde si habitus ille infert voluntati necessitatem physicam; non peccant Dæmones, quia non liberè gunt. Si moralem tantum, sed tam vehementem, ut inflexibilior nunquam re- sistant; & tam vniuersalem, ut ad omnia ope- ra mala in quacunque materia peccent, ar- que ab omni opere bono retrahat officia inflexibili: est hoc planè supra naturam ha- bituum naturalium & acquisitionum, quos experientia nouimus. Quippe qui neque tam fortiter inclinant, ut illis non possimus vquam resistere; sed potius illis vimur cum volumus, ut ait Aristoteles. Neque sunt aded vniuersales, sed directè inclinant tan- tum ad actus similes iis, à quibus fuerunt producti.

Quarto, quod aiunt Ocam & Gabriel, Deum efficere odium sui in voluntate Dæ- monum passiuè tantum se habente, ex quo odio sequantur omnia scelera, quæ perpetuò committuntur à Dæmonibus, merito à cæ- teris Theologis iudicatur esse absurdissimū, ut testatur Suar. lib. 8. cap. 10. num. 7. & à Molina q. 64. art. 2. disp. 2. in fine, iure vocatur sententia impia, peccatorum Christiana indigna. Quia Deum, & quidem so- lum, facit auctorem actus turpissimi & in- honestissimi, id est, maxime disconuenientis suo obiecto; quod ne Caluino quidem, ne- que aliis hæreticis, quamuis de Deo pessimè sentientibus, vquam in mentem venit. Ec- quamuis illud odium non esset actu eorum formaliter, id est, culpabile Dæmoni, qui- pe quod non fieret ab illo liberè, sed à Deo solo: esset tamen intrinsecè malum mora- liter obiectuè, & indignum atque ineptum, ut à Deo specialiter, vel ab vilo alio, de se er- apperatur, siue propriè, siue propter ali- quid aliud. Nihil enim aliud potest illi ad- ire malitiam materiam intrinsecè, quam habet ex obiecto, proseguendo odio eorum qui summo amore dignus est, quique non potest haberi odio vnde causa, non peruer- se & inordinatè. Adde huc cætera omnia quæ supra diximus contra sententiam Aureoli: & fortiori ratio itam expugnata.

Quinto denique opinio Thomistarum, quod Dæmones ideo sint obstinati in malo, quia omnis eorum voluntas aut est voluntas illius finis, quem ab initio inordinatè appe- tuerunt, aut ab illa voluntate proficiscitur, saltem virtualiter: hæc, inquam opinio caret solido fundamento. Neque enim ex natura primæ illius voluntatis necessariò sequitur, ut cæteræ voluntates sint voluntas eiusdem

76.  
Neque  
quod Deus  
solum  
causare  
odiu sui  
solum est.

Molina;

77.  
Neque  
quia in om-  
nibus suis  
actibus op-  
portet ne-  
qui finem  
quem in  
primo pec-  
cato inter-  
dunt.



finis aut ab illo proficiantur. Alioquin similiter homines, qui mortaliter peccant, & finem ultimum constituunt aliquo modo in eo, in quo peccant, nullam deinceps possent habere voluntatem nisi, vel circa eundem finem, vel ab illa prima voluntate profectam: adeoque semper peccarent, & nullum opus bonum moraliter facere unquam possent: quod est falsum & erroneum, etiam de homine quando manet in actu habituali peccati. Damnatur enim expressè à Trident. sess. 6. can. 7. Si autem ad non est necessarium ex natura rei: unde habent Thomistæ Dæmones semper & infallibiliter id facere, ex eo solo quod semel mortaliter peccarunt: finemque suum ultimum in creatura aliquo modo constituerunt?

8. Voluntas finis in quos actus influat.

Confirmatur, quia voluntas finis antea intenti non influit, ne virtualiter quidem, in sequentes voluntates, neque eas inficit, nisi vel proximè & per se, vel remotè per aliquam virtutem à se relictam, ad illas moueat: ita ut reliquæ omnes virtutes illius exerceantur. At voluntas peccati tam olim præterita, & habitualiter tantum, id est, moraliter manens, quia non retractata, vel nondum remissa & abelita per penitentiam non mouet proximè & per se ad voluntates, quæ postea fiunt. Neque etiam remotè & virtualiter, si nihil reliquit per quod voluntas consecutione quadam moueatur ad volendum id quod vult. Experientia verò quotidiana docet eos qui olim peccarunt mortaliter, etiam dum versantur in statu habituali peccati nondum remissi, plurimam velle & operari, perinde ac si tale peccatum nunquam admisissent. Ergo non agunt in virtute illius primæ voluntatis, quæ plane impertinenter se habet ad huiusmodi actus. Desique intentio finis non mouet nisi ad ea quæ iudicantur esse finis vilia & conducibilia. At non omnia quæ fiunt post primum peccatum mortale, iudicantur esse vilia & conducibilia nisi per illud intentio. Neque verum est eum omnem qui mortaliter peccat, contrahere suum finem ultimum & vniuersalissimum in eo in quo peccat: ita ut velit efficaciter omnia deinceps ed referre. Licet omnis mortaliter peccans se auterit a vero ultimo fine, qui est Deus, & consequenter aliquo modo pro fine ultimo creaturam accipiat. Deo enim relicto, superest illi creatura in qua ultionem sicut, & suum summum bonum constituit. Sed quamuis omnis mortaliter peccans prescriberet sibi id in quo peccat, pro fine ultimo formaliter & expressè, atque vniuersalissimo, incederet tamen omnia deinceps ed referre: quia tamen voluntas eius mutabilis est, & non perpetuò duraret physicè illa cogitatio & intentio, posset aliter velle & operari postea, non modo præter se, sed etiam contra primam illam intentionem, ac proinde sine vilo eius influxu.

9. Voluntas finis ultimi

Quod autem dicit Caietan. voluntatem finis ultimi, id est, beatitudinis, participari aliquo modo à quolibet voluntate

boni cuiusque particularis, non est verum eo sensu quem intendit Caietanus; ut probet voluntatem finis ultimi, per quoduis peccatum mortale aliquo modo, intenti, participari ab omnibus voluntatibus sequentibus circa quacunque obiecta particularia. Non est, inquam, verum præcedere necessariò in voluntate intentionem formalem & expressam beatitudinis antea quamcunque volitionem bonorum particularium, & ex illa intentione moueri nos ad omnem aliam volitionem, quàm quodcunque aliud bonum particulare appetimus. Etenim multi multa volunt, antequam expressè cogitauerint de beatitudine: & qui olim cogitarunt, perinde volunt permulta, ac si nunquam de illa cogitassent. Quare neque actus, neque virtute influit in eiusmodi voluntates bonorum particularium. Sed tantum verum est quamcunque volitionem bonorum particularium esse participationem quadam volitionis beatitudinis, quatenus beatitudo est possessio omnium bonorum, & remotio omnium malorum: unde qui vult aliquid bonum assequi, aut carere aliquo malo, vult aliquam partem beatitudinis veræ aut præsumptæ.

SECTIO VIII.

De loco penali Dæmonum, deque aliis ad eorum statum pertinentibus.

Deo primò, aliquem esse locum corporeum æterno Dæmonum & aliorum dampnatorum supplicio destinatum, subterranum, & infimum totius vniuersi, qui idcirco antonomastice infernus appellatur. Dari illum locum, esseque subterranum, id est, superficie terræ habitabili inferiorum, docet fides Catholica, ut patet ex Symbolo Apostolorum in articulo de descensu animæ Christi ad inferos, vbi nomen inferorum non potest intelligi sepulchrum; quia bis inuulter idem repeteretur in tam accurato, breui, & distincto quoad cætera omnia, fidei compendio: quandoquidem immediatè antea sepulturæ Christi mentio expressè facta est: sed intelligi debet pars superior illius loci subterranei, vbi animæ sanctorum Patrum detinebantur. Idem etiam patet ex pluribus Scripturæ locis, ut Pet. 2. Angelis peccantibus non pepercit, sed inferni iudicibus, detractos in tartarus tradidit cruciandos. Qui locus non potest intelligi de sepulchro, ut manifestum est. Neque de aère isto, vel terræ superficie in qua vixit ad diem iudicij Dæmones multi permittuntur vagari: quia neque aër, neque terræ superficies vocantur tartarus propriè, & modò loquendi vixato, secundum quem Scriptura debet accipi, quantum fieri potest, ut docet

80. Infernus est locus specialis deputatus penæ Dæmonum.

Probatur ex scriptura

MARTINI NEUS LIB. I. PAR. D. VI. U.



ipsemet August. lib. 7. de doctr. Christ. cap. 10. cui tamen alia expositio placuit lib. 11. de civitate cap. 33. Item Luc. 16. *Mortuus est dives, & sepultus est in inferno.* Vbi nomine inferni, non intelligitur sepulchrum. Tum quia in eo distinguit divitem epulonem à paupere Lazaro: quod dives fuerit sepultus in inferno, Lazarus autem fuerit delatus ab Angelis in sinum Abraham. At sepeliri fuit commune utrique. Tum quia ibi de animabus separatis à corpore sermo est. At animæ non sepeliuntur. Tum denique quia paulo post infernus, de quo ibi est sermo, vocatur locus tormentorum, cuius supplicium acerbissimum ignis ibidem exprimitur. At sepulchrum non est locus tormentorum: namque contingit bonos & malos in eodem sepulchro sepeliri. Item Matth. 11. *Estis Capharnaum nunquid usque in celum exaltaberis usque ad inferos descendes.* Vbi nomine inferorum Christus non intelligit sepulchrum, sed locum à cælesti remotissimum (hoc enim postulat oppositio verborum Christi) in quo prædicat Capharnaïtas gravissima supplicia esse passuros, iuxta id quod sequitur. *Venitamen dico vobis, quia terra Sodomorum remissus erit in die iudicii, quam vobis.* Et Psal. 93. *Nisi quia Dominus adiuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.* Vbi nomine inferni non potest intelligi sepulchrum, quippe in quo non habitat anima. Et denique Job 10. *Dimittite me ut plangam pectus meum, antequam vadam ad terram tenebrarum, & operam mortis caliginem: terram miseriae & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, semper iterum horror inhabitat.*

In quibus & similibus Scripturæ locis Nota primò, licet in omnibus, excepto primo, non fiat mentio Dæmonum, sed hominum tantum: de illis tamen æquè concludere. Habemus enim ex Matth. 25. eundem locum supplicij æterni esse utrique destinatum: *Ita maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.* Nota secundò, Scripturam nomine inferni significare manifestè locum aliquem corporeum, cum illum vocat terram tenebrosam & operam caliginem. Nota tertio, locum illum non esse sepulchrum, quod licet in aliis quibusdam Scripturæ locis inferni nomine intelligi non diffiteamur: in istis tamen quæ recitamus intelligi non posse manifestum est ex iis quæ eadem loca exponendo notavimus. Quarto denique, nota locum illum esse inferiorem terra superficie habitabilis. Hoc enim indicat tum Christi oppositio inferorum ad celos, Matth. 11. v. 23. tum quod dicantur animæ eò descendere, ibidem. Ex quo refellitur Chrysolost. putari infernum esse extra hoc Universum, sicut, inquit, carceres esse solent extra palatium regium. Sic enim ad inferos non descenderetur, sed potius ascenderetur: esset enim eundem extra celos, ut ad carcerem illum extra eos posuimus per-

ueniretur. Ac denique vox ipsa inferni hoc indicat. Nam ut notat Isidor. lib. 14. Etym. Isidor. mol. cap. 9. §. 11. Dicitur infernus, quod quod infra sit. Unde etiam Apoc. 14. & Psal. 85. vocatur Inferus inferior. Et Luc. 8. vocatur abyssos: & cor terræ, Matth. 12. v. 40. Ex quo loco Tertul. lib. de anima cap. 55. Tertul. colligit infernum esse fossam terræ, & in alto vastitatem, & in ipsis visceribus eius abstrusam profunditatem. Et Isidor. cap. 6. c. 11. Mat. h. 13. Sicut cor animalis inquit, in medio eius: ita infernus in medio terræ esse perhibetur. Unde in Evangelio legitur, in corde terræ. Et quamvis non sit ad certum locum illum esse terræ infernum, & circa eius centrum, quæ à celo remotissimum, ut diximus in postrema parte conclusionis, tamen probabilis indicant tum hic ostensus, tum abj quidam textibus Scripturæ citatis. Fautque ratio: quia conveniens est reprobos in partem mundi occupare: sicut Beati supremam tenent: & sedes damnatorum, quam longissimè distat à sede Beatorum.

Dico secundò, probabilis esse omnes Angelos peccantes fuisse statim post suam finitam præcipitatos in locum illum subterraneanum: licet non semper illo conclusi fuerint, sed permisi postea huc illucque vagari, ad exercitium virtutis hominum, sicut tamen aliosque fines contempnerent. Prima pars colligitur ex Petr. 2. *Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detrahit in tartarum tradit cruciandos.* Et Isa. 14. v. 11. & 15. allegorice de Lucifero: *Detrahitur est ad inferos superbia tua, & c. ad infernum in profundum laci.* Fuitque conveniens ut statim post peccatum & viam vitam, experirentur quid promeriti essent, detruderenturque in locum illum æterno eorum supplicio destinatum, ex quo velò perpetuo carcere exire nequeant, nisi Dei permisso.

Secunda pars habetur ex variis Scripturæ testimoniis, quibus traditur Dæmones variis locis adesse ad homines tentandos. Ut Genes. 3. Tentavit Evam Diabolus assumpti corpore serpentis. Et 3. Reg. 22. Spiritus nequam obulit se venire & deciperet Achab, idem Dei permisso fecit. Et Job cap. 1. *Circum terram, inquit, sathan, & perambulavit eam.* Et Zachar. 3. Sathan stat à dextris levi Sacerdotis magni. Et Matth. 4. Diabolus tentat Christum in deserto. Et Ephes. 6. *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli, & contra spiritualia nequitia in caelestibus, id est, contra Dæmones in aère vagantes.* In quem locum Hieron. Hæc, inquit, omnium Doctorum opinio est, quod air iste, qui celum & terram mediis dividens, in aere appellatur, plenus est contrariis fortitudinibus. Cur autem Deus permittat Dæmones vagari, quæ ad mundi consummationem, hominesque temptare, & quæ vititates hominibus inde provenient, quamque id cedat in gloriam Dei, & bo-

81. Infernus est locus subterraneus.

Isidor.

Tertul.

Mat. h. 13.

82.

Omnis

hinc fue-

rit in il-

lum præci-

pitatio.

permissi a-

quandiu

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.

83.



Chryfost. tom. 1. no. 25. 84. Demones vagantes tentant & nocent hominibus.

Tentatio duplex seductiois & probatiois.

August.

85. Deus aliquando punit per sanctos Angelos.

86. Tentatio est a Dæmone.

Chryfost.

Gregor.

num electorum, videri potest apud Chryfost. in homilia quam scripsit de hoc ipso argumento.

Quo autem sunt præcipua Dæmonum vagantium munia, vnum est, homines tentare, tentatione quæ vocatur seductionis, & fit ex intentione petrahendi ad malum. Alterum est, hominibus alia nocumeta inferre. Primum faciunt Deo solum permittente; Deus enim neque per se, neque per alium positivè, id est, plus quam permittente, tentare potest tentatione seductionis, de qua dicitur Iacobi 1. Deus enim tentator malorum est, ipse autem homines tentat: sed tantum tentatione quæ vocatur probatiois, ad experiendam & patefaciendam virtutem alicuius, quo pacto Deus tentavit Abraham Genes. 22. cum filium immolare iussit. Et David Psal. 25. Proba me Domine, & tenta me. Tentationis scilicet vili, qua non decipimur vel opprimimur, sed probamur, inquit S. Augustin. lib. de bono persec. cap. 6. Secundum verò fit à Dæmone, Deo interdum permittente solum, ut Iob 1. interdum etiam iubente, & venite Dæmone, velut carnifice, ad penas debitas peccatoribus infligendas; penas; inquam, temporales huius vite: iuxta illud Psal. 77. Misi in eos iram indignationis sue; inmissiones per Angelos malos. Quo etiam pacto Apostolus 1. Cor. 5. Corinthium fornicarium tradidit Sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fieret. Et 2. Tim. 1. v. ult. tradidit Sathanæ Hymenæum & Alexandrum, ut discerent non blasphemare.

Non assentior tamen iis qui putant, Deum in huiusmodi pœnis infligendis, nunquam uti sanctis Angelis, sed Dæmonibus tantum. Contrarium enim habetur Ex 23. Machab. 3. v. 25. & 26. ubi dicitur sancti Angeli male habent Heliodorum aggredientem de prædici templum Ierosolymitanum. Et 4. Reg. 19. v. 35. & Exod. 12. v. 29. Est enim credibile Angelos sanctos fuisse illos quibus Deus est visus in delendis exercitibus Sennacherib, & occidendis Ægyptiorum primogenitis.

Non assentior etiam affirmantibus nullam esse tentationem seductionis, quæ non à Dæmone, sed à Deo immittatur immediate & proximè. Quæ enim Dæmone soli casu existente facilissima, sæpe quoque tentationibus aliunde excitatis se immiscet, utque temore sint causa omnium tentationum, quas in statu nature lapsæ percipiunt, supposita probabili opinione, quod Adamo non peccante, fuisset totus genus humanum confirmatum in statu iustitiæ originalis, unde nulla Dæmonibus aperfuisset decipiendi spes: Puto tamen cum Chryfostomo homil. 54. illa Acta Apostol. Dæmonem non omnia efficere, sed multa etiam fieri à sola ipsius imaginatione, & concupiscentia, interdumque immundam cogitationem non aliunde homini, quam à seipso nasci, ut ait Gregor. lib. 11. Moral.

cap. 25. Eademque est sententia Basilii in regul. breviorib. num. 75. & Origenis 3. Periarcho cap. 2. quem citat & dicitur D. Thom. q. 114. art. 3. ubi docet non esse peccatum esse ex Dæmonum suggestione. Neque verò Deus permittit Dæmonibus, ut sciant quantum volent, & tentationes omnes vel excitent, vel foueant & augeant.

Esse autem quandam diuisionem ministeriosam & subordinatorem inter Dæmones docet Scriptura. Nam Christus Luc. 11. supponit Dæmones formam quandam regni servare inter se, ad quæ vnum quendam esse illorum principem; & inde sumit argumentum ad refellendos Iudæos, aientes ipsum in Beelzebub principe Dæmoniorum eicere Dæmonia. Et Matt. 23. Ite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Et Apoc. 12. Draco pugnat, & Angeli eius. Et in commendationibus animæ tota Ecclesia Latina receptis sic dicitur: Cedat tibi terribissimus Sathanas cum satellitibus suis. Et in Rituali exorcismorum agnoscit Ecclesia manifestè subordinatorem inter Dæmones, cum sic ait: Audi Sathana nequissime spiritus, & Princeps, dolorum excitator, magister Dæmonum, &c. Ibidemque iubet Exorcistam querere à Diabolo obsequium aut possidente, sub qua potestate Dæmonum sit. Agnoscentis scilicet esse inter Dæmones aliquem ordinem politicum, & velut hierarchicum.

Itaque sicut in regno sunt varia ministeria variis commissa, varique Præfecti & Magistri, ita quoque subordinatorem ad supremum: sic Principi Dæmoniorum subsunt alii aliquo modo, & ab eodem deputantur ad varia ministeria, quæ tripliciter differunt. Primo, ex parte auctoritatis: nam variè aliis alios potestatem cum ampliori vel minori potestate. Secundo, ex parte objecti: quia nonnullos deputat ad tentandum præcipue in aliqua specie peccati, & alios in alia: unde vocantur spiritus fornicationis, spiritus blasphemie, spiritus mendacii, infidelitatis, vanæ gloriæ, ut notat Hieronym. in cap. 3. Habacuc circa finem. Tertio, ex parte locorum, & personarum. Nam sicut Deus constituit varios Angelos, quorum aliqui præsent cœli, alij elementis, alij variis provinciis, regnis, communitatibus, Principibus, Magistratibus, ac denique singuli singulis hominibus custodiæ suæ commissis. Sic Dæmon, æmulus operum Dei, varios deputat variis locis & personis: & singulos singulis hominibus assignat, quos opponat Angelis, eorum custodibus, ut cert communis servus non modo Theologorum cum Magistro in 2. dist. 6. & 11. & cum D. Thoma quæst. 114. art. 1. aliorumque Catholicorum, post Origenem homil. 35. in Lucam, & Actull. lib. de anima cap. 39. Nyssen. in lib. de vita Moysi, aliosque Patres: verum etiam Ethnicorum Philosophorum, quorum

Basil. Origen. D. Thom.

87. Est aliqua subordinatio inter Dæmones.

88.

Deputatur à Principe suo ad varia munia.

Singulis hominibus vni a designatur.

Magist. D. Thom. Origen. Tertull. Nyssen.

MARTINI  
NEUS  
LIB. I. PAR.  
D. VI.



rum testimonia congerit Eugubinus lib. 8. de perenni Philosophia. Verba Gregorii Nyss. lib. 4. hæc sunt: *Verus sermo ad nos usque descendit, quæ creditur, postquam in peccatum natura nostra lapsa est, non omnino a clementia diuina esse neglectam, neque absque patrocinio dimissam: sed Angelorum qui naturam incorporati sunt, aliquem in admini. ulum cuique constitutum fuisse. Naturæque nostræ corruptorem, in omnibus contra ammentem, prauum aliquem atque maleficam Dæmona, ad male viuendum homines impellentem, ad singulos testasse.*

89. *Causa huius subordinationis.* Porro illa subordinatione positica cæterorum Dæmonum ad vnum Principem, non est tantum ratione naturæ, vel peccati. Quia neque sola naturæ perfectio, neque sola culpa, eius licet suggestione & sollicitatione, commissa, dedit illi iurisdictionem, siue potestatem

molestem & politicam, super alios Angelos petcantes. Neque etiam Deus fuit specialis causa illius subordinationis ad malum ordinata ex intentione & voluntate Dæmonum. Sed fuit opus consensu ipsorum, qui, ut facilius magis nocerent hominibus, & odium suum contra Deum & homines exercerent, consenserunt in vnum eligendum, cui se sponte submitterent, & a quo cætera ministeria & munia distibuerentur. Sicut latrones & sicarii conueniunt interdum in aliquam societatem, & vnum quempiam in Ducem eligunt, cui cæteri pareant, ad melius latrocinandum. Cur autem Dæmones Beelzebub seu Luciferum elegerint, potius, quam alium, causam fuisse puto maiorem illius perfectionem naturalem præ omnibus, propter quam facilius in illum consenserunt. Et hæc tenet de Angelis.

# DISPUTATIO

## QUADRAGESIMA QUINTA,

### De Homine Theologicè considerato.

Sectio I. *De creatione hominis, & statu innocentia.*

Sectio II. *De lapsu hominis, & pena, & spe reparationis.*

Sectio III. *Qualis fuisset hominum status, si primi Parentes non peccassent?*



**D**E materia proposita fuissimè tractat S. Thomas quæ 91. & duodecim sequentibus. In quibus disputat primò de productione corporis primi hominis. Secundo de productione mulieris. Tertio, quomodo fuerit homo factus ad imaginem & similitudinem Dei? Quarto, de statu, & conditione primi hominis quantum ad intellectum. Quinto de his quæ pertinebant ad illius voluntatem, gratia scilicet & iustitia. Sexto, de dominio in res alias, quod homini competebar in statu innocentia. Septimo, de his quæ pertinebant ad statum primi hominis quoad indiuidui conseruationem. Octauò, de pertinentibus ad conseruationem speciei in eodem statu. Nono, de conditione prolis tunc generatae quoad corpus. Decimo, de conditione eiusdem prolis quoad iustitiam originalem. Undecimo, de conditione eiusdem quantum ad scientiam. Duodecimo, & ultimo, de loco habitacionis hominis in illo statu, qui erat Paradisus. Quæ omnia, quia maxima ex parte sunt in textu D. Thomæ satis perspicua, poterunt breuiter tribus sequentibus sectionibus expediti.

Tomus I.